BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 A
48

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

57
C
27
5-20-B-24

575.27

K.348

8

LEGENDA INVENTION

reliquiorũ cum aliquibus miraculis Beatæ *Maria*
cobi. Hæc eſt Maria tertia Annæ filia ex Salomè tertio
vxor Zebedei,mater Sãctorũ Apoſtolorũ Iacobi maioris &
hãnis Euãgeliſtæ, ſoror Beatiſſimæ Mariæ ſemper virgi
matertera et diſcipula noſtri ſeruatoris Ieſu Chriſti, qua
Verulis vbi eius reliquiæ innumeris cũ miraculis re-
quieſcunt, maxima cũ ueneratione celebratur.



Excerpta ex legendis sanctorum de ſancto Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

IOANNES Apoſtolus & Euãgeliſta dum Epheſi prædicaret, à proconſule capitur, vt diis immolet inuitatur, qui, dum renueret, in carcerem mittitur &, ad Domitianum imperatorem Epiſtola deſtinatur. Magus, & ſacrilegus, & deorum contemptor & Crucifixi cultor nominatur. Iuſſu igitur Domitiani Romani deducit̃, & deducto omnes capilli pro deriſione à capite præciduntur, & ante portam vrbis, quæ latina dicitur, in dolium feruentis olei igne deſubtus cadẽte mitti iubetur: nullum tamẽ ibidem dolorem ſenſit: ſed penitus illęſus exiuit. In illo igitur loco à Chriſtianis Eccleſia fabricatur & dies illa tanquam dies ſui martyrii ſolẽnizatur. Cum ergo non à prædicatione Chriſti ceſſaret, iuſſu Domitiani in Pathnõ inſulam relegatus eſt: nec tantum Imperatores Romani Apoſtolos perſequebantur qui Chriſtiani prędicabant, ſed quia ipſum ſine ſenatus auctoritate deificum agebant, quod ipſi denemine fieri prohibebant. Vnde legitur in hiſtoria Eccleſiaſtica, quod cum Pilatus quadam vice ad Tiberiũ epiſtolas miſiſſet, vt ipſe Tyberius eius fidem a Romanis recipi aſſentiret. Senatus omnino reſpuit ex eo, quòd non ſui authoritate Deus vocatus fuit. Alia cauſa ſecundum magiſtrum Ioannẽ

Bethleet, quare Impera-tores, & ſenatus apoſtolos, & Chriſtum perſequebantur, erat, quia videbatur eis Deus nimis ſuperbus, & inuidus, eo quod conſortem habere non dignaretur. Alia cauſa eſt quam Ambroſius refert, quia ſenatus indigne tulit, quod Pilatus ad Tyberium & nō ad Senatum de Chriſti miraculis literas deſtinauit. Ideo eius cōſecrationē inter Deos fieri noluit vnde Tyberius iratus multos de ſenatoribus occidit, quoſdam exilio damnauit. Mater autem ipſius Ioannis audiens filium ſuum Romæ detineri, materna compaſſione permota Romam ad dictum viſitandum acceſſit. Sed dum veniſſet, in exilium & ipſum relegatum audiſſet, indeq; rediret, in campaniam in ciuitate Verulana, migrauit ad Chriſtū. Cuius corpus in quodā ſpecu ſepultum multo tempore latuit: ſed poſt modum à filio ſuo Iacobo reuelatum fuit, quod multo odore redolens, ac multis miraculis refulgens, ad prædictam Ciuitatem cū multo honore tranſlatum eſt.

Supraſcripta legenda reperitur in legendis nouis Sanctorum, quamuis in aliquibus partibus appellentur flores ſanctorum ita ꝙ in vltimo paragrapho ipſius legendæ plene, & expreſſe continetur de reuelatione ſacri corporis Beatæ Mariæ matris Apoſtolorum Iacobi & Iohānis quod Verulis reuelatum eſt.

INCIPIT PROLOgus *in geſtis inuentionis beatæ*

Mariæ matris Apoſtolorum Ia-cobi & Ioannis Euangeliſtæ.

QVIA deus omnipotens magna ſua & incõprehenſibili prouidentia conſpicit humanã materiã de iure terreno, in terrenis a, quotidianisq; flexibus, & detrimẽtis ſedulis lubricari, ac vitiorum canitie frigida veterari, ſtudet ſua benignisſima pietate eam tẽpore oportuno, poſt auream eloquentiã ſcripturarum, poſt patrum exẽpla, lucidisſima beatorũ poſt demũ (quod maius eſt) ſe ipſum primogenitum mortuorum, quem poſuit exemplum perpetuæ reſurectionis, nouis vitæ eternæ inditiis, ne defluat, cõfirmare, ne lubricetur, piisſime ſolidare, ac rediuiuis quodam modo futurorũ gaudiorum ſignis, ne in peccatis deficiat inuocare. quatenus tanto auidius ad id, vbi vita eſt perpetua conualeſcat, & ad eam omni deſiderio omniq; gaudio ſpirituali ãhelet, quãto certius ac apertius cõſpicit illos, qui iam in illa creduntur permanere, uiuis iudiciis, & apertis miraculis, manifeſtis reuelationibus uiuere & cũ angelis perpetuis gaudiis ꝑfruẽdo in cõſpectu agni ſtolis albisſimis veſtitos ꝑ ſecula per omnia cõgaudere. Inde eſt ꝙ noſtris tẽporibus ad noſtrã inertiam excitandam, noſtrã deſidiam deprimendam, & fidem credentium roborandam. dignatus eſt dominus corpus beatæ Mariæ matris Apoſtolorum Iohannis & Iacobi in manu ſerui ſui fratris thomæ per multorum annorum curicula ualde

optimum theſaurum in= ciuitate Verulana abſcõ= ditum reuelare, vt nos iã quantum poſſumus poſt ponentes omnia tempo= ralia, & caduca theſaurũ talem omnibus deſyde= riis ſpiritualibus capia= mus, & nummulariis illũ noſtrorum ſenſuum cõ= mendantes cum cẽtupli= cato lucro eum ad manũ ſummi patris familias re= portemus.euge bone ſer ue fideliter audituri, & poteſtatem ſupra decem ciuitates certiſſime acce= pturi. Hæc eſt namq; Maria ſoror virginis ge= nitricis, matertera ſalua= toris, Annæ filia tertia, nata de Salome tertio vi= ro, vxor Zebedei, ma= ter Apoſtolorum Iaco= bi & Ioannis. Sed non ab re arbitror referendũ quod de hac tam præcla ra genealogia Annę vi delicet & virorum eius, filiarum, generorum, ac nepotum, in veridicis chronicis & hiſtoriis in= uenitur fertur autem ꝙ Anna & Emeria ſorores fuere. De Emeria nata eſt mater Ioannis Bapti= ſtæ Helyſabeth vxor Za chariæ. Annam vero Ioachim duxit vxorem, de quo genita eſt ſancta mater Chriſti Maria. Mortuo autem Ioachim Anna duxit ſecundum maritum nomine Cleo= pham,& ex eo genuit al teram Mariam, quæ di= citur Maria Cleophę. Iſtius Cleophæ fratris Ioſeph nomine electio= ne ſancti Spiritus ex offi= cio Pontificis, tunc prę= ſidentis, ſancta Maria mater Domini priuigna dicti Cleophæ data eſt vxor,ſicut in hiſtoria ve= ridica de natiuitate eiuſ=

dem ſacræ matris & vir-
ginis inuenitur. Dictus
autem Cleophas, deſpō-
ſauit aliam Mariam filiam
ſuam cuidā nomine Al-
pheo, de qua orti ſunt Ia
cobus minor, qui dicitur
Iacobus Alphei à patre,
& Ioſeph, & Symon, &
Iudas q dicitu Tadde-
us. Mortuo autem Cleo
pha Anna tertium mari-
tum ſumpſit nomine Sa-
lome, de quo genuit ter
tiam Mariam, quam de-
ſponſauit Zebedeo. De
qua nati ſunt Iacobus
Maior, & Ioannes Euan
geliſta. Hæc quidem vo
catur Maria Salome, à pa
tre, & Maria Iacobi, à
filio, ſicut ſuperior Ma-
ria Cleopbæ à marito.
De iſta ſuperiori Maria,
id eſt ſecunda, ſic Ioānis
cum gloria eius vtiq; ne-
pos ait. Stabant autem
iuxta crucem Ieſu mater
eius, & ſor matris eius
Maria Cleophe. Sed de
iſta & de tertia Maria,
Matheus facit taliter mē-
tionem, quod eſsēt inter
alias mulieres, quæ fue-
rant ſecutæ dominum à
Galilea. Maria Iacobi,
& Ioſeph Mr. & Mr fi-
liorū Zebedei. Et Mar-
cus in hoc loco ait. Inter
quas erant Maria Iacobi
minoris & Ioſeph mater
& Salome oportet vt ſub
audias Maria. De hac
quidem ſancta parentela
quidam catholicus poe-
ta ſic verſificans ait. Tres
tribus Anna viris fertur
peperiſſe Marias. Treſq;
viri Ioachim, Cleophas,
Salomuſq; fuere. Virq;
prior Ioachim genuit
domini genitricem. Hac
ſponſa Ioſeph frater Cle
ophæ decoratur. Hanc
vt ſeruaret, puerumq; fo
uens baiularet. Fit gener

alpheus Cleophæ, Salomæ zebedeus. Alphei ſponſam cleophæ fore ſcito mariã, Ex hac hic genuit ioſeph, iacobũq; minorẽ, fertur is alphei iuſtus domini quoq; frater Symon, taddeus iacobi fratres referunt. Stirps generis Salomæ iacobus fuit, atq; iohãnes. Eſt horum genetrix iacobi ſolomeq; maria, Denato iacobi, ſalome de patre uocata. De hac eadem præclara parentela breuius alius pĥus ita uerſificans ait. Anna tribus. ioachim cleophæ ſalomeq; Marias tres parit, has ducunt ioſeph, alpheus, & zebedeus. Chriſtum prima ioſeph iacobus cum Simone iudam. Altera. quæ ſequitur iacobum parit atq; iohannem. His taliter dictis. ad oſtendẽdam tam ſanctã tanq; deo dignam parentelam, ſimulq; ut error de duabus mariis ſororibus domini genetricis qui pro earum cognominatis ſolet ſimplicibus euenire, penitus auferatur, ad narrandam tertiæ mariæ matris videlicet apoſtolorũ iacobi & iohannis mirabilem & glorioſam inuentionem ad iuuante domino accedamus.

Explicit Prologus. *Incipiunt Geſta inuẽtionis.*

IGitur anno dominicæ incarnationis milleſſimo ducẽteſſimo nono. Pontificatus domini Innocẽtii tertii pape anno duodecimo, preſidente in ciuitate Verulana domino Odone Epiſco

po uenerãdo anno epiſcopatus ſui viceſimo, fuit quidam bonæ indolis adoleſcens Thomas nomine in prædicta vrbe, qui ab ipſis infantiæ ſuæ primordiis, totum ſe deo ſtuduit mancipare, Eccleſiã quãdã in honore beati Petri Apoſtoli dedicatam frequentans, & in ea quibus, poterat, ſtudiis, & quando poterat, ſtudebat ſpecialiter inſeruire, & fere diebus ac noctibus cupiebat in ea ſedulo permanere. Huic autem talibus exercitiis inſiſtenti, verbum quod olim factũ fuerat puero Samueli quotidianis, excubiis in tẽplo domini commoranti, cum ſequẽti, debitæ præbuiſſet, per apoſtolorũ principem conſtat eſſe factũ: In qua quidem reuelatione dixit ei ſanctus Apoſtolus, vt diceret Epiſcopo, atq; plebi: qđ dominus reuelaret ei corpus beatæ Mariæ matris Apoſtolorum iacobi, & iohannis, quæ cum viginti quatuor ſociis in iſtam venerat ciuitatem. Quod vtique cum præſuli, & populo retuliſſet, deum omnipotẽtem glorificare ceperunt ipſum in sãctis ſuis laudantes, & benedicentes. Ex tunc autem omnis populus vtriuſq; ſexus præces cum lachrymis aſſiduas domino profundebant, ut tam pretioſum theſaurum eis benigniſſimæ oſtendere dignaretur, & cæpit omnis populus in expectatione reuelationis Beatæ Mariæ cum magno deſiderio anhelare.

Lectio Secunda.

Talibus igiť ſtudiis poplo im morãte iterũ apparuit p̃ſato Thomæ beatus Petrus dicẽs ei, Vade & dic epiſcopo quia reliquiæ beatæ mariæ iacobi ſunt in ciuitate iſta ſepultæ & digito oſtendit ei locum inhibens ei tamẽ ne locũ alicui deſignaret, donec ipſe daret iterum in mandatis. Quod vtiq; cũ beatus thomas epiſcopo retuliſſet, mãdauit ei epiſcopus, ut vigiliis & orationibus aſſidue uacaret, q̃tenus tã pretioſam margaritam dominus p apoſtolum ſuum petrum dignaretur fidelibus ſuis citius reuelare

Lectio 3

VNIVERSA poſt hæc ciuitas Verulana his auditis cępit locũ, ubi corpus beatæ mariæ quieſcebat, nõ aliqua certitudine ſed ſola diuina gr̃a operante cũ deuotione maxima frequẽtare. Infantes autem non dum plene loquẽtes ducebãt matres ſuas uſq; ad locũ ſanctũ, ubi nunq̃ antea fuerãt & ubi ipſi pri9 genua flectebant, vbi beatæ mariæ reliquiæ poſtmodũ, ſunt inuctæ, & dicebant matribus prout poterãt, licet balbutiẽtes, licet ſemiuerbis, hic, hic genua flectite, hic adorate.

Lectio. 4.

INTER hæc populus de inuentione prædictæ ſanctæ valde ſolicitus cę perũt omnes a prædicto thoma ſupliciter quereŕ, ut locum certũ, ubi sãcte reliquiæ manerent, ſibi deſiderantibus indicaret Cunq; ille pro inhibitione apoſtoli ſe neſcire illũ certum omnibus reſponderet exiſtimãtes omnes

quod ſecus res ageretur, cęperunt minis & terroribus exterrere, tormēta multimoda minitari ſuppliciorū genera promittere niſi cito, quod petebant, veriſſime demōſtraret. Et ille neſciens quid faceret, ad orationem ſe uertens cępit ſedulo dominū deprecari ut pro ſua pietate ſuo populo theſaurū pollicitū demōſtraret, Quodā die dum in eccleſia coram altare beati petri dormiret, excitauit eū beatus apoſtolus, & duxit eū ꝑ portā minorem ubi populus ciuitatis de cōſuetudine cōgregatur, ita quod quidam interrogarent eum quo ſolus iret per pluuias inundātes. Imputantesq; illud inſaniæ: quod ille ductu apoſtolico faciebat, Sicq; tamdiu per pluuias, ſine pluuia ambulabat quouſq; ꝑuenit ad locum quo beatæ mariæ reliquiæ latitabant. Et oſtendēs ei manifeſte locum, dixit quomodo in panno erant inuolutæ: & quomodo pannus purus erat, & mundus: & quomodo charta inſuta erat panno, in qua ſcriptū erat litteris grecis, licet grāmatica in elimata immo, falſa, taliter, Maria mater Iōānis apoſtolo & Iacobo ene iſta.

Lectio. 5.

Sed nos dicāmꝰ: Hęc eſt miſſorū mater Iacobiq; Ioannis. Id ipſū ſcriptū erat in lapide. Et addidit beatꝰ apoſtolus. Hec ſancta tempore perſecutionis cōtra Chriſticolas uenit in Italiam cū Maria Magdalenæ, & aliis multis vſq; aquinum Maria vero Magdalena diuiſit ſe ibi ab ea cū ma

ximino,& qbuſdam aliis, & iuit in Frantiam. Beata nanq; maria iacobi, cuiꝰ reliqæ hic iacent, cupiēs filium ſuū iohannē inuenire, q Romā domitiāo fuerat, a proconſule aſie miſſus, rediens inde cum viginti q̄tuor ſociis ſuis aduenit in ciuitatē Verulanā. Sub ciuitate uero parum longe ab ea inuenit quēdam licet paganorum erroribus inretitum quodam eremo ſolitarie habitātē. Qui beatā Mariā itinere fatigatā deuote in ſuo hoſpitio ſuſcepit. Socii aūt beatę marię ciuitatē Verulanam ingreſſi cęperunt nomen domini publice nūtiāte.

Lectio. 6.

Quod utiq; pagani audirē minime ſuſtinētes, iuſſu honorii præſidis tunc in ciuitate illa pręſidentis omnes p diuerſa ciuitatis loca gladiis peremerunt. Sancta nāq; maria ppendens ſuos ſocios longam trahere morā miſit in ciuitatē ad inquirēdū, qđ de ſuis ſociis factū eſſet. Cui relatum ē annūtio, quē miſerat, quod omnis gladio p chriſti nomine interfecti erāt. Quod audiens beata maria triſtis admodum effecta eſt de ſocietate illorū, quā perdiderat, ſed plus gaudebat, quod nomina eorum ſcripta erant in celis p palmā martyri glorioſam. Intra paucos vero dies prædicatione ſua cō uertit ſolitarium illū hoſpitalem ſuum ad chriſtū & baptizans eum impoſuit ei nomen maurus. Vixit aūt poſt hæc beata maria ſex menſibus.

Intra quos docuit dictũ mau rũ omnem fidei re=gulam & doctrinam, & quod ipſa eēt ſoror beatæ Mariæ matris Ieſu Chriſti, & mater apo=ſtolorũ iacobi & iohan=nis: & diem tranſmigra=tionis ſuæ multo āte prę dixit. Quæ ſicut prędixe=rat: migrauit a ſeculo p=gens ad dominum ſexto nonas iulii ſicut diu poſt eidem fratri thomæ bea=tus apoſtolus reuelauit. Quā maurus prędictus cũ omni, honore om=niq; reuerentia curauit tradere ſepulturę.

Lectio. 7.

Non multo poſt fe=cit arcam lapi=deam competentem in qua reliquias beatę Ma=riæ recondidit, hac in ea celatis litteris ſcripſit. He ſunt reliquiæ beatę Ma=riæ matris apoſtolorum. iacobi & iohannis. Ipſe vero maurus nimio ti=more perterritus, ne a paganis martirizaretur, abſcondit ſe inſcripta pa terni, & poſt tres dies mi grauit ad dominum.

Poſt multum vero tem=poris pagani archam in qua beatę Mariæ habe=bantur reliqæ inuenien=tes, feſtinarunt præſidi nuntiare. Qui ſperans theſaurũ reconditum ibi fore, fecit eam ad ſe de=ferri. Qua aperta oſſa beate mariæ inuēit. Qui bus inuentis triſtis dixit oſſa alicuius Chriſtiani sũt iſta? dimittite in pla=tea nõ cõſiderata tituli in ſcriptione. Interea græ=cus qdā venerat ad præ=ſidem, q erat abſcondite Chriſtianus, hic videns titulum ſcriptum & le=

gens cępit tacite inaniſmo voluere, quomodo poſſet tam p̄tioſum theſaurum in ſuam patriam deportar̄. Nocturno vero tēpore icūbente collegit omnia oſſa illa, & in panno ad voluens deportauit foras ciuitatem veruſlanam iuxta muros ciuitatis, & ſcripſit in lapide quodā & charta titulum ſicut iam dictū eſt. Maria mater Iohānis apoſtolo & Iacobi eue iſta. Quæ oſſa (ut dixi) foras ciuitatem portās in quadam rupe cum pāno, in quo erāt inuoluta & chartam cū titulo abſcondit uſq; in reuerſiōe ſua quia ad vrbem erat p̄fecturus ea in ſuā patriam delaturus.

Lectio. 8.

SED deus omnipotēs nolens verulanā vrbe [illegible] munere viduare, [illegible] ermiſit græco ſuā facere voluntatē. Vniuerſa hæc, que ſcripta ſunt beato apoſtolo thomæ referente mādauit ei, ut omnia, ſicut audierat, epiſcopo & populo referaret. Et his dictis beatus apoſtol9 abſceſſit. Altera vero nocte apparuit beata maria cū ſanctis martyribus Blaſio & Demetrio predicto fratri thomæ orationi iſtāti, in loco, vbi erant abſconſæ reliquiæ, & dixit ei. Reliquiæ beneſcito meæ qa hic requieſcunt. Et his dictis. euanuit ab oculis eius. Effigies autem beatæ, mariæ ſicut frater thomas referebat, huiuſmōi fuit, quando apparuit ei. Statura eius cōpoſita, & procera, ætate mediocris decoro & venuſto vultu ſub alba & honeſta indu ta veſtibus niueis & benignis. Iterum viſibiliter

apparuit ei beatus apo-
ſtolus, & dixit. Quia nō
ſolum clerus & populus
vtriuſq; ſexus cū magna
deuotione ac nimio deſi
derio expectāt reuelatio
nem beate marie: ſed &
omnis, qui de multis mū
di partibus: ad hec diui-
no nutu ſunt congrega
ti: ut teſtes ſint talium re
liquiarum. placuit altiſſi
mo tempus, reuelationis
abbreuiare. Propterea
dic Epiſcopo, ut tridua-
num indicat ieiuniū po-
pulo vniuerſo habita pę
nitentia omnibus de pec
catis, & futuro die dñico
omnibus faciat ad mo-
nitionem, & dicat, ut ſe
quenti ſecunda feria con
ueniant omnes ad tam
ſanctas reliquias inueni-
endas octauo Videlicet
Kalendas Iunii, in feſto q
dem ſancti Vrbani, om-
nib9 itaq; rite pactis apo
ſtoli de mandato die pre
fixo aceſſit Epiſcopus ad
locum cum multitudine
virorum, ac mulierum, tā
ciuium q̄ extraneorum,
& cum venerabili Abba
te caſemarii cum quibus
dā monachis ſuis. Clero
iāq; in oratione & pſal-
modia duciter inſiſtēte,
layci rupes magnas ſup
ſepulcrum non ſine dif-
ficultate rumpentes &
amouētes demū ad ſta-
turā hominis terra effoſ
ſa, lapidem prius ſcriptū
inuenerūt. Quo remoto
reliquias inuenerūt pan-
no ad huc mūdo, & ſin-
cero inuolutas chartā ēt
panno inſutam, in qua
etiam ſupra notatus titu
lus ſcript9 erat omnia (ſi
cut ſæpe dictus vir dei
thomas ab apl'o didice-
rat) inuenerūt. In quarū
inuentione, tātus ſuauita
tis odor largisſime effla-

grauit, vt omnes propè ſtātes eius ambroſia ſua-uitate replerentur. Tam quocꝫ magnus bis fa ꝰtus eſt terremotus, vt omnis fere putarent, ſe mortis periculo conculcandos.

Lectio Nona.

Epiſcopus aūt leua-tis reliqis de terra primo lapidem ſcriptum abbati caſemarii, oſtendit ad le-gendum: deìnde dedit ei reliquias intuendas. Cū aūt Epiſcopus reliquias ipſas de loco, ubi aderāt, tolleret, & in manibus priuſquam abbati ꝑfato tradidiſſet, ſubito lapis magnus de rupe excuſ-ſus, non vi (vt credi-tur) terræmotus, ſed po tius ad beatæ Marię ma-gnalia prædicanda, ceci-dit ſuper ipſum: quod vi dētes turbæ, nimium ti-muerūt eū extinctū om-ni modo exiſtimantes. Epiſcopus vero nec la-pidem ſenſit, nec paſſus eſt quicquam mali deus ſit ꝑ omnia benedictus. Tertio poſt modū die, interfuit pennenſis Epi-ſcopus, cum abbate ca-ſemarii: & abbate ſancti Anaſtaſii vrbis cum qui-buſdam monachis ſuis. Epiſcopi vero ābo quo-dā os tibiæ (vt creditur) in altum leuātes, vt illud omni populo demoſtra rent, qui videbantur ibi ferè ad quincꝫ milia con ueniſſe hòminum, ſtatim ex oſſe illo cępit ita viuus ſanguis & recens exire, & effluere, ac ſi non de oſſe arido, vt potè tanto rū annorum curriculis à carnibus ſeparato: ſed de viua carne, à corpore vitales auras ſedulo at-trahēte. Quod vidēs po pulus vniuerſus immēſas

Dn̄o

dño gratias reddiderunt Miracula vero, q̃ in inuẽtione ſecuta ſunt, hec fuerunt. Primum de odore magno & ſuaui in garibus omnium per frananti Secundum, de geminato terræmotu corda & corpora ferè hominum perterreti. Tertium de lapide magno & maximo ſuper epiſcopũ irruenti. Quarto de recente & viuo ſanguine ex oſſe tibię effluenti. De quo quidẽ ſanguine cũ epiſcopus ſuper oculos mulieris, quę lõgo tempore lumen amiſerat, ꝓpriis digitis abluiſſet, lux ei eſt priſtina reparata. Per omnia benedictus deus dñs Ieſus Chriſtus qui corpus ſuæ matertæ gloriosæ & venerandæ matris apoſtolorum Iacobi & Ioãnis in quodam ſpecu multo tempore abſconditum, noſtris nunc temporibus dignatus eſt miſericorditer reuelare, ad ſalutem, & leuamen omnium fideliũ Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amẽ.

Expliciunt geſta inventionis

Sanctę Mariæ matris Apoſtolorum Iacobi & Iohannis Incipiunt Miracula ipſius. Mulier appula liberatur à cecitate veniens Verulas iubente ſancto Iacobo Apoſtolo.

MVLIER quædã de apulia longo tẽpore lumine oculorum ſuorum priuata adiit ſanctum Iacobum ducta a marito ſuo & filio In ipſorum autem reuerſion,

vir eius, & filius deuiauerunt ab ea aliquantulum ut peterent elemoſynam in quodam caſtello ea ſola dimiſſa. Cumq; uellet ſe de loco mouere, pedē impegit, & ita cecidit ſup lapidem, quod caput eius fractum grauiter eſt, ipſa uero apprehenſo quodam lapide, frequenter cępit pectus ſuum p cutere cū eo amare plorans: & ſe miſeram clamās, ſicut mos ē mulieribus in ſimilibus. Interea affuit ei beatus Iacobus apoſtolus, cui & dixit, quid ploras? cur pectus tuum lapide contundis? At illa iui ad ſanctum Iacobum, ut redderet michi lumen, & me in anima & corpore ſaluaret ſed ecce quotidie multa patior in comoda & nō ne vides qd mihi accidit modo? Quam beatus Iacobus blande cōſolās cępit extergere ſanguinem de uulnere capitis defluentem cū ſquama ſua. Dicte uero mulieri ſollicitæ querēti quis eſſet, ſanctus reſpōdit apoſtolus ego ſum Iacobus, a cuiꝰ domo tu redis mō At illa in terrā proſtrata cępit eum rogare, ut lumē ſibi reddere dignaretur. Et beatus Iacobus nō ē michi conceſſum, ſed mr̄i nr̄æ in proximo reliqę Verulis inueniri Ieſus Chriſtus ſua ſolita pietate concedet cum autem ueneris ferentinum quere ubi eſt Verulæ, & illuc ibis: poſtquam uero reliquię beatę marię matris meę fuerint inuentę, eius interceſſionibus reddet tibi dominus lumen oculorum tuorum dedit autem ei ſquamam piſcis magnā quam vul-

go appellant homines aurem piſcis, dicens ei hoc ſignum habeas, vt credas, quoniã locutus ſum tibi, & poſt illuminationem tuam relinques eam ante altare beatæ mariæ, vt videant aduenientes & intelligant, & benedicant deum: qui ſolus facit mirabilia in celo, & in terra: Et his dictis, receſſit ab ea beatus Iacobus. Vir demum eiuſdem mulieris cum filio reuerſus ẽ ad eã quibus omnia retulit ſeriatim. quæ illis abſentibus ſibi acciderant in via, venictes itaq; vetulas manſerunt ibi cum aliis omnibus: qui deſiderio expectabant beatæ mariæ Iacobi inuẽtionem. Reliquis vero dictæ dominæ vetulis veraciter inuentis mulier ꝑtaxata iacuit de nocte circa locũ inuentionis ſanctarũ reliquiarum multum orãs ibidem, atq; plorãs: Cui poſt multas preces domino effuſas affuit beata maria dicens. Scias redditum tibi, a domino Ieſu Chriſto lumen, ſicut chariſſim9 filius meus Iacob9 apoſtol9 tibi quõdã promiſit. Beata nãq; maria recedente, mulier illa reſurrexit, & exiluit uidens per omnia: benedictus deus qui eſt in ſanctis ſuis mirabilis, & glorioſus. Que poſtea publice prædicabat lumen ſibi redditũ, & aliquanto tempore morata fuit vetulis, deo & beatæ mariæ matri apoſtolorum Iacobi, & Iohannis quotidie gratias exoluens.

Altruda mulier leproſa liberatur.

Igitur Mulier quedã coniugata al= truda nomine. diuino iu dicio lepram incurrit ita, quod per expilationem ſuperciliorum, naſi cro= citatonem, vocis ranco ſitatem & faciei tumorẽ lepræ certa inditia iã pa= terent, & ob hoc, a pa= rentibus & viro, vt de iu= re ẽ inter infirmos poni cõſimiles tractabatᷓ. Cũq; hoc mulier comperiſſet, petita licentia, a viro ſuo & illi domus vtenſilibus aſſignatis, quia inter ſuos manere erubeſcebat, & extra fugere cupiebat, & cũ panniculis ſibi neceſ= ſariis mane ſe depoſuit profecturam. Nocte aũt ſibi dormienti apparens mulier quædã dixit. Ego ſum maria mater apoſto li Iacobi, Surge mature, & ad domum meam ve= rulas properato: quia ibi per diuinã commentiam eris ſalutem priſtinã re= ceptura. Cunq; de igno tione itineris cauſaretur, audiuit quia arrepto iti= nere deductore eſſet, & comite ꝓuidenda. Qua viſiõe mulier reddita pa= uida, pariter & gauiſa poſt multos cogitationũ fluctus fortitudine fidei animatur, & mature con ſurgẽs cępit tẽdere quo neſciebat. Non multum autem a ſuo domicilio ſeparata, viatores duo vir ſilicet & uxor appuli cum feſtinatiõe ei obuiã occurrerunt. Cumq; di= diciſſet ab eis qđ eſſent verulas profecturi. Seu eis admiſcuit: & ita tres in ſimul viatores, vt debiles & impotentes lentis ſuo itinere paſſibus incede= bant. Cumq; vxor illius appuli eam leproſam co gnouiſſet, ſocietatẽ eius

cępere omni modo refutare, & ſic poſt eos cęperit incedere. Venię̄tes vero Aquinũ & cupientes ſe ab illa funditus ſequeſtrare, cõpoſitis occaſionibus in vrbem ipſam diuertentes, quaſi inibi moraturi: dederũt ei licentiam, vt viam ſuã ambularet. Credentes autem illã in ciuitate moraturam, per aliam viam ciuitatē egreſſi ſunt dum viam ſuam de propoſito ambularent. ecce quam putauerant retro ſe diſmiſſam, ſe præambulam inuenerũt: quod dei nutu fieri perpēdentes vna cum illa verulas inſimul peruenerũt. quod perueniētibus mulier oratoriũ beatæ mariæ intrauit, eã pro quo venerat, rogatura. Et ſic annuente illo qui decem leproſis olim cutem priſtinam reſtaurauit. Emeritis beatæ mariæ eius materteræ glorioſæ ſanitatem priſtinã ē adepta. ita, quod nullũ ſignum infectionis in ea penitus appareret. & ſic gaudēs & lætabunda ad propria remeauit cunq; ad caſtrum, vnde fuerat perueniſſet, nolens in domum viri ſui pergere, indomum cuiuſdam ſui cõſanginei declinauit: & pernoctauit in hoſpitio eius, parētibus ſuis ignorantibus, & eis qualiter ſibi acciderat enarrauit Ipſa quoq; nocte patri eius quidã inſomnis apparuit dicēs. Marte conſurgens in honore ſancti ſpiritus & beatæ mariæ iacobi miſſam facies celebrari: quia nata tua tibi in columnis remeabit. Paruit ille mature ſibi præbitæ iuſſioni. & dum ab eccleſia teneaeret

vocatus a cōſanguineo: ei ſua filia ſana nuntiata eſt oſtenſa. Quod cū vidiſſet vocauit amicos cognitos & vicinos dicens illis. Cōgratulamini mihi: quia filiam meā, quā perdideram, modo per beatam mariā iacobi reinueni. Qđ omnis plebs dedit laudem deo. Dum autem hoc inſignę miraculum fama: volitante, per totam prouinciā diſcurriſſet, ad notitiam venerabilis epiſcopi venafrani, in cuius dioceſi mulier dicta manebat, peruenit: Qui, vt hoc ſtudioſus examinaret, parentes præfatæ mulieris, archipreſbiterum caſtri, & ipſam mulierē aſcitos, & de infirmitate mulieris requiſitos, ſub cautione ſacramenti, fecit eos pandere veritatē. Quod, vt percepit ſeriatim, in epiſtola ſua domino papæ Innocentio deſtinauit.

Alferanda Neapolitana, à Chiragra & podagra liberatur.

Quædam quoque mulier Neapolitana nomine alferanda. dum per luſtrū tā grauiter pateretē chiragram pariter & podagram, quod vix de loco ad locum poſſet vtrique ſe mouere, vel aliquid officii exercere: tandem eadem valitudine incumbente lecto decubās, nō aliter poterat quicq̄ cibi potusque vel exigentiæ naturę ſibi ſuis viribus miniſtrare, niſi viri ſui, & domus familiarium miniſterio atque cura. Sed & curis adhibitis multimodis medicorum, nullū ſuæ infirmitatis potuit reme-

diũ inuenire Audita aũt inuentiõe apud verulas beatæ Mariæ iacobi, & quòd multi illuc euntes. ſalutis munere ditarentur, diuinitus mulier animata virum ſuum cępit obnixius exorare, vt ſe verulas deferret, meritis beatæ Mariæ ſanitatẽ mihi perceptura. Annuẽs tandem vir precibus deprecantis eam iumento impoſuit aliorum manibus ſubſtentãdam. Cũq; exiens de ciuitate aliquãtulum proceſſiſſent, dixit mulier viro ſuo. Ecce gratia dei & beatę mariæ ad quã fiducialiter pergo, melius ſentio me haberi: & ſic vſq; auerſam ſenſit in ſe gratiã creſcere ſanitatis: & licet inde pedes progredi nequiuiſſet: tamen que vix à ſuis in iumento poterat ſubſtentari, per ſe viriliter vſq; verulas equitauit. Quæ cum per triduum ibi in oratiõibus fuiſſet. & lachrimis commorata, ſana & in columis, ad propria cum gaudio remeauit. Hoc Anſelmus Neapolitanꝰ archiepiſcopus. ſuis literis Papæ Innocentio ſignificauit, ad iugens quod in pluribus viris & mulieribus Neapolitanæ vrbis beata Maria mater Apoſtolorũ iacobi & Iohannis ſuam miſericordiam vel pietatis oleum perfudit.

Gregorio appulo reſtituitur loquela amiſſa & oris reſtitudo verulas adeunti.

Neq; hæc extimo reticẽda quæ iohannes puteolanus epiſcopus ſupradicto Papę

Innocentio in ſua epiſtola annotauit. Iuuenis quidam Gregorius nomine apulus natiõe dum caſu accidente loquelam ammiſiſſet, & oris tortitudine laboraret, pro adipiſcenda ſalute, ad puteolanas thermas acceſſit vbi nullius remedii efficatiã cõſequi valuit balneorum. tandem audita reuelatione, & in ſignibus miraculis beatæ Mariæ matris apoſtolorum Iacobi, & ioannis, acceſſit verulas, & ibi diebus commorans aliquantis, cum loquela et recto ore puteolos rediit, laudans dominum, & benedicẽs, & matrem magnificans apoſtolorum iacobi & iohannis.

Viro pedibus & Mulieri oculis languenti ſanitas reſtituitur.

Quidam quoq̧ paganis paganis nomine & mulier quedam, quorũ alter pedum, altera oculorum langore per nimiũ vexabãtur, ad euntes verulas ad prænominatam dominam viſitãdam, læ tos & emendatos eos, ã propriis in commoditatibus illic, euntis reuertentes viderunt.

Andreas de Sibilia lepra expulſa ſanus redditur,

Illa quoque non ſunt ſilẽtio cõprimenda que gentilis pontifex. Auerſanus ſuperius nominato papæ innocentio in ſuis litteris deſtinauit. Andreas de ſibilia ciuis nobilis Auerſanus quamq̃ ipſe ſe aſſereret falſo flegmate laboraret lepra tamen ita omnibus

videbat, infectus, vt indebito, ſcanderet eius facies rubore, naſus turgeret, oculi abbreuiati caligine obducerent, & rauca vox iam in eius gutture reſonaret. Hic accedes Verulas ita beatę Mariæ Iacobi meritis rediit priſtinis maculis emūdatus, ac ſi nichil tale aliquid paſſus foret.

Puer ex matris voto Laborans ventris dolore ſanitatem recipit.

Alius quidam puer viduæ matri vnicus longo tēpore dolore ventris vſqꝫ pené ad interitū per afflictus voto matris eſt Verulas deportatus, & rediens inde nullam priſtinæ valitudinis de cætero ſuſtinuit paſſionem.

Auerſanus quidam dextra & brachio ſanus Verulis in patriā rediit.

Quidā alius Auerſanus dextræ manus, & totius brachii officium ſic ammiſerat, vt nec minimum qd cū ea capere prǫualeret. Hic voto facto Verulas accedēs meritis prædictę ſanctę ſanus rediit: ita qđ brachium & manum ad omne opus extenderet. præter auricularem digitum, qui in ſigno præteritę infirmitatis diuino iudicio non eſt redditus ſanitati.

Iohanni puero verulas, à matre deportata pedis ſanitas reſtituta.

Item alius puer Iohānes nomine ſic erat greſſu alterius pedū priuatus, quod, niſi inni-

xus baculo, in cedere nõ valebat: nec terram poterat premere planta pedis. Hic matre verulas deportatus, ſic meritis beatæ Marię Iacobi in columis reddiit: qđ ſine ſuffragiis baculi quopiam vaderet, & cum coçuis ſuis alacriter ludens, plantam pedis planè, vt alteram, poneret & firmaret.

Puer penitus emũdatus ſcrufulis.

Alter puer ſcrufulis vndiq; maculatus verulas ductus eſt, & interceſſiõe prænominatæ matris apoſtolorũ rediit ab eis penit9 emundatus.

Multi auerſani varijs langoribus fatigati liberantur.

Hæc qnq; ſuperius nominatus põtifex retulit Auerſanus addens quod alii plures auerſani ciues variis langoribus fatigati: magnæ alleuiatiõis aſſerunt ſe verulis beneficia recepiſſe.

Iudex Theanenſis, à renum dolore liber eſt factus.

Illa quoq; nõ ſunt ſilentii pedibus conculcanda quæ venerabilis Theanenſis Epiſcopus ſupradicto papæ Innocentio ſuis litteris luci dauit. Cum quidã Iudex Theanẽſis nomine Cõſtãtinus ſic dolore renũ grauiter laboraret, vt nec de ſtrata ſurgerẽ nec aliquos vitæ humanę vſus, niſi aliorum ſubſidio valeret aliquo mõ exercere, audita beatæ marię inuẽtione. inter ipſos dolorum aculeos promiſſo voto, dei & eius auxiliũ

inuocauit. Cuiꝰ precibꝰ in cæleſti curia ſuſceptis, & petitiõibus admiſſis, ita diuinũ meritis beatæ mariæ Iacobi ſenſit auxiliũ vt omni dolore penitus effugato, de lecto ſurgeret. Sed poſt paucos dies ſui voti campos verulas ad beatæ Mariæ Iacobi reliquias viſitãdas eques accedens meritis eius ſic perfecte eſt redditus ſanitati, vt pedes ad propria remearet, & penitus nullum dictæ inualitudinis dolorem decætero ſuſtineret.

Puer membris confractus cum ex equo cecidiſſet redditus eſt priſtinæ ſanitati.

Item dum puer qdã de equo cadens mẽbris ferè omnibus debilitaretur, parẽtibus de eius ſalute deſperãtibus, & finem vitæ expectantibus iam proximo in minere, pater eius philippus nomine nimiũ in domino & beatę mariæ meritis, cuius iam multa miracula audierat, cõfidẽs eius auxiliũ precibus et gemitibꝰ inuocauit. Qđ mox puer cõfractus ſenſit in ſuo corpore, & priſtinę ẽ redditus ſanitati.

Capuano iuueni brachij officiũ reſtituitur ab infantia perditũ.

Sed nec illud exiſtimo reticendum quod Raynaldus de Celano Archiepiſcopꝰ Capuanus ſupra nominato Pape Innocentio. in ſua epiſtola delegauit. Dixit quidem quod quidã iuuenis capuanus ab ipſa infantia officio brachii deſtitutus ad eo vt vix id mouere poſſent, audito

quod verulis reliquiæ, beatæ mariæ Iacobi eſſent inuentæ, cupiens ſalutem corporis adipiſci, illuc adiit, & in oratione, & lamẽtis, ibi triduo mãſit. Tertia vero nocte ſibi in eccleſia ſoporato beata maria iacobi apparuit, & apprehẽdẽs eius brachiũ dixit ei veni mecum. Eumq́ꝫ apprehenſo eius brachio cum ſurſum erigeret in iunctura brachii illius, & humeri ſonus increpuit, & opitulante eo, qui ſanat contritos corde. ad dictũ ſonum & excitatus eſt, & ſanatus: ita qđ ſic expedite duceret dextrũ brachiũ vt ſiniſtrum. Hoc autem dictꝰ archiepiſcopus retulit, ſe dicens ab eodem iuuene, qui paſſus fuerat audiuiſſe atteſtãtibꝰ hoc ipſum probis viris, & nobilibus capuanis.

Matthæus quidã ſerpẽtis morſu mutus & ſurdus factus, & medietatis corporis officio amiſſo vocem, auditum & omnem ſanitatem recipit.

Neq; illa exiſtimo ſubticẽda que roccius calinenſis epiſcopus prętaxato Papæ Innocẽtio in ſuis litteris explanauit. Igitur dum quidam mathæus nomine cuidã domino Ranerio nuncupato in agricultura fideliter deſeruiret: accidit, vt, dum de ſolito in agrum quẽdam diuerteret, ſubito ſerpens in eũ inſiliẽs illũ grauiter vulnerauit. Quo ille exterritus, & vocis, & auditus officio & medietatis corporis depriuari cepit. Sed cum per tempus aliquod huiuſmodi periculum pateretur, dominus eius prænominatæ ma-

tris apoſtolorum diſpo-
ſuit limina viſitarẽ: & gra-
tia curationis ad eandem
dictum ſuum cliẽtulum
ſecum ferre: ſi forte ſoli-
tam miſericordiã illi miſe
ricorditer impendere di-
gnaretur. Nec mora, cũ
famulo iter arripiẽs, op-
tata limina, ꝑ vt voluit,
viſitauit: & præcibus ini-
bi attentius effuſis ad ꝓ-
pria remeauit. Cũq́ do-
mum perueniſſet, rediẽs
inde tardius cliẽtulus do
minium, more ſolito ſa-
lutauit dicẽs clara voce,
& expedita ſibi tam audi
tus quam ammiſſę partis
corporis officium reſtitu
tum Ieſu domini pietate,
& eius materteræ glorio
ſis meritis.

Cæco viſus eſt reſtitutus.

Quidam quoq́ ſutor Si
meon nomine dictus dũ
oculorum morbum in-
currẽs nõ valeret vllius
medicinæ adminiculo ſa
nitatis gaudia inuenire:
immo luminum lippitu-
do augumẽtaretur quo-
tidie pariter cũ timore:
& ipſas timoret obſcuras
tenebras cęcitatis: & hoc
per nouem menſiũ ſpa-
tium miſerabiliter patere
tur, adiit verulas: & illam
gratiam opitulante dño
& beatæ marię meritis
meruit obtinere, quam
olim cæcus ad ſyloe na-
tatoria legitur recepiſſe.

Hic dicitur ꝙ puer epilepticus vel erguminus deoſculatus reli- quias B. M. Iac. liberatur.

Quod venerabilis
abbas foſſæ
nouæ, dñs nicolaus ſæ-
pe nominato Papæ In-
nocentio in ſua epiſtola

ſubnarrauit ē in preſenti opuſculo annectēdum. Dixit fuiſſe quendā puerum in foſſa noua: q quadam die dum ſuper ripā fluminis ſederet, dixit ſe vidiſſe quēdam nigrum hominem de ipſius fluminis alueo cōſcendiſſe. Quo viſo puer in fugā conuerſus eſt ſibi ab illo tetro homine teneri: ab illa vero hora cū vidiſsēt eū terribiliter ſpumantē & frequentiſſime palpitantem duxerūt eum in oratoriū: & licet aliquantis per ſe ibi melius habuiſſet, tamen multotiēs ſicut epilepticus vel erguminus uexabatur. Demum ad oſſa, quæ apud. Verulas ſanctæ mariæ Iacobi nomine honore per maximo celebrētur, a quibuſdā deductus deoſculatus, eſt oſſa illa: & ſic ſanus rediit ad foſſam nouam & ibi aliquandiu eſt commoratus ſic, ac ſi nūquam tali incomodo laboraſſet.

Mulier deiecta per rupem altiſſimam in radicibus rupis ſana inuenitur inuocato nomine B. M. Iacobi.

Quæ vero habitatores caſtri montis ſancti Iohannis ſæpe dicto Papæ ſuis litteris annotarunt, non ſunt ſilentio pretereunda. Cū ergo quædā mulier maria nomine maligno ſpiritu agitata, igne ſuppoſito caſtrum dictū incendere moliretur compreheſa, a populo ducta ad iudicem ad mortē ē protinus iudicata. Quæ accepta penitentia, a ſacerdote beatam mariam Iacobi flebiliter inuocauit, vt ſe in tali mortis diſcri

mine adiuuaret. Sed ira populi inminente funē & tortam in eius gutture alligarunt, perq̧ plateas castri eam traxerunt plures quoque eam manualiter lapidarūt sed demū per rupem viginti paſſibus altam precipitarunt. Sed meritis beatæ mariæ Iacobi, quam inuocauerat ſana & incolumis in illius rupis infimis inuenitur. Qđ qualiter ſit actū, cum foret illa tali facinore inretita, nō eſt noſtro examine diſcernendum.

Puellula in ciſternam profunda cum multa aqua cadēs nihil læditur.

Item dum in eadē caſtro mulier quedām in palatio dominorum ad purgandum triticum moraretur ſecū habens filiam ſuā nomine theodoram: cūm in opere ſibi commiſſo intenta maneret, ſubito dicta ſua filia in caute ambulās cecidit in ciſternā, vbi aquā ad ſtaturā hominis profunda manebat. Quo viſo mater magnis ſtridoribus cœpit ſanctam mariā Iacobi inuocare, vt ſuis meritis ſuę filiolę in mortis periculo politæ ſubueniret. Cunq̧ difficultate extrahēdi ob profunditatē ciſternæ quaſi per vnā horā in aqua puellula permanſiſſet: occurrente curię cellarario vocibus mulieris, & ſcalam in ciſternam ſub miſſa. ſic meritis beatæ mariæ Iacobi ſuper aqua inuenta ē viua & incolumis puella, ac ſi nulla mole grauitatis corporee grauaretur.

Puella, á contrat vultus, manuū, & pedū ſalua reſtituitur.

Quædam quoqꝫ puella de eodē caſtro incurrēs infirmitatē, torto vultu, manibus pedibusqꝫ contractis doloris dedecus continue ſuis parentibus protendebat. Magis . n. deſiderabant eā vitæ prę ſenti dicere vale, quam viuentē mortem in ſuo corpore quotidie demoſtrare ceperūt tamen beatam mariam Iacobi precibus flebilibus exorare: vt ſicut multis ſic ſuę filię reddere ſanitatem promittentes ſe vota illi pro ſalute illius reddituros. Quæ ſomno ſoporata, & ſudore madefacta, ſic beatæ mariæ meritis priſtinæ eſt reddita ſanitati, vt nullum in ea priſtinæ valitudinis indicium remaneret.

Mulier tota leproſa ſanata eſt.

Adhuc & illa ſubiungātur, quæ ſagerius archipreſbiter burgi Sancti Germani ſępe nominato Papæ Innocentio ſcribere procurauit. Mulier quædam de dicto burgo cū lepra eſſet infecta, & tumens facies, & turgēs naſus, & depilatio ſuperciliorum, & rauca vox cūctis leprā liqdo demonſtrabant. Hæc accedens verulas audita fama reuelationis reliquiarum ſanctæ marię matris apoſtolorum Iacobi & Iohannis meritis illius ſanata rediens inde ſana ē omniū conſpectui preſentata.

Mulier et ſedendi et ambulandi impatiens incolumis domū ſuū reuertitur.

Alia quædā tantam membrorū patieba-

tiebatur lęſionem, quod neque ſeder̃ poterat, nec habere copiã ambulãdi. Hæc apre verulas, a ſuis parẽtibus delata meritis beatæ marię Iacobi ſana & incolumis eſt delata.

Brachio manco mulier ſanatur.

Quædam quoq; alia brachii officio deſtituta verulas accedens meritis præfatæ beatę marię inde incolumis, & ad omne opus congrua remeauit.

Mulier ſcrofulis circumplexa ſana ad patriam regreditur, & multi alÿ varÿs morbis laborantes ſanitatem recipiunt.

Alia quoq; ſcrofularũ maculis circũplexa confidens in meritis beatæ marię verulas acceſſit: & ſana ad propria remeauit, alii quoq; multi dicto Archipresbitero, atteſtante in eodem burgo variis infirmitatibus occupati, accedẽtes verulas meritis prædictę dominę optatam recepe runt in ſuis corporibus ſanitatem.

Miles morbo cruris grauiſſimo laborans fruſtra medicaminibus multis adhibitis, meritis B. Mariæ liberatur.

Quoq; non ſunt omittenda quæ clerus, & populus ripanus ſæpiſſime nominato Papæ. Innocnteio ſuis litteris annotauit. Nobilis quidam miles de terra eorũ nomine gerardus, dũ diu in crure morbo grauiſſimo laborans, tumor in eo nimius excreſceret in tãtũ, vt nulla

neceſſaria per ſe valeret explere fruſtratis multis inibi medicaminibus adhibitis, beatæ Mariæ Iacobi ſubſidium poſtulauit: quod met in ſuo corpore ſenſit ita, vt firmiter ſuis pedibus poſtea ambularet.

Puer à volũtario ſuſpendio liberatur matre inuocatę M. Iaco.

Item puer quidã nomine Nicolaus, dum peſſima cogitatiõe infelicis ſuſpendis vexaretur, & pro hoc, à matre ſua in ſuſpectione haberetur, quadam die parũ ab ea ſeperata, ille miſer in arbore fici ſe ſua corigia laqueauit. Quod mater videns ſancta Maria Iacobi cum fletibus inuocata cucurrit: & corigiã ruptã inuenit: & ipſum incolumẽ inuenit. Quẽ poſtmodum verulas duxit, ibiq; beatæ mariæ reliquiis adoratis, ad propria cum gaudio remearunt.

Cuidã mulieri viſus reſtituitur.

Mulier quædã palma nomine cuius oculũ caligo obduxerat tenebroſa, & lumẽ amiſerat: votó tamen facto verulas proficiſcens, ibi ante beatæ mariæ reliquias pernoctauit: & ſana ad propria remeauit.

Mulier, quæ caſu per rupem altiſſimam putabatur confracta & mortua inuenta eſt ſana.

Neq; illa exiſtimo reticenda, quæ dominus dignatꝰ ẽ operari meritis beatæ Marię Iacobi, cum ſibi noua domus in verulis fundaretur. Cũm enim in loco inuẽtionis prædictæ dominæ, eccleſia nouo fun

damine incepta fuiſſet, vtriuſqꝫ ſexus populus ciuitatis Verulanæ gaudẽter tãto operi cęperunt inpendere auxilium, & iuuamen ita, vt etiã pueri & puellæ. lapides & neceſſaria p ſcrupuloſa mõtis deuexa deuotiſſimæ deportarent. Quadã vero die, dum turba mulierum gregatim per latus rupis ſubter inceptã eccleſiam imminentis lapidem apportarent, quædam inter eas pede lapſo per rupis deuexa aliquãtulum dilabendo cecidit, ita vt lapis, quẽ ipſa portauerat, ſemper eam percutiendo ſequeret̃. Tandem, quando domino placuit, ſtetit & inuenta eſt alacris, & ſana, quam confractam, & mortuam omnis putauerant inuenire.

Puer qui mortuus putabatur præceps per rupem, inuentus eſt ſanus.

Alius quoqꝫ puer, dum p eaſdẽ rupes (vt pueris moris eſt) flores cum coæuis colligeret, ſubito cecidit, & per rupem per multũ ſpatium male deuolutus eſt, & ſic vſqꝫ in ortũ rupi ſubiacentem cadendo deuenit omnibꝰ aſpiciẽtibus beatam mariam, pariterqꝫ clamãtibus. Cũqꝫ requiſitus fuiſſet, q mortuus putabat̃, ac diſcerptus, inuentus eſt ſanus, & incolumus, & ſuis pedibus ſtans erectus.

Puella percuſſa demone amiſſo latere, manum & pede contractis, ore obliquo, et loquela ſemifracta priſtinam ſanitatem recepit.

Hoc etiam nō eſt ſi- lētio obtegen- dum ꝙ quædam mulier verulana honorabilis in ter ſuos Maria nomine meritis beatæ mariæ me- ruit percipere in ſua filia anſuſa nominata, cum enim ꝑdicta mulier an- nuatim feſtum beati Io- hannis euāgeliſtæ deuo tiſſime celebraret, & ſem per magna deuotiōe cle ricos & pauperes ad con uiuium inuitaret, quodā anno in nocte prædicto feſto imminenti præce- pit nominatę filiæ, vt ſur geret: & pro tanto feſto inciperet apparare, cūq; illa de iuſſu materno ſur rexiſſet, diuino iudicio demone ꝑcuſſa tota ob- riguit ita, vt alterum la- terū amitteret, & manu & pede contracta & ore obliqua, & loquela ſemi- fracta penitus appareret.

Cūq; mater ſurrexiſſet, & eā ita inueniſſet vt po- tius monſtrum, quam na tam propriā inueniſſet, cępit grauiter lamētari, & fuit verſa ſibi dies illa cōſueti gaudii in lamētū & organū in voce flētiū, ac cythara letitiæ in mę- rorē: ſed cū pro hoc an- xia multa medicaminum genera expeteret, & nul- lam in iis opem ſalutis vel auxilii reperire: tādē poſt duorū mēſium cur ſum accepto ſaniori cōſi lio fratrem thomā ſeruū beatę marię Iacobi adiit: & eū deuoto animo ob- ſecrauit, vt ſuā filiā viſita re in tāto periculo digna retur. Qui audita tanta rei nouitate dolore ple- na. eā deuote adiit, & ei poſt interrogationē quo modo ſe haberet, vt ſur geret in nomine beatæ Marię Iacobi imperauit.

Surrexit, quæ diu iacue rat fere immobilis, & am bulare cępit. poſtulatam quoq; dexteram, quam contractam habuerat, in manũ illius poſuit, & in B. marię nomine eſt ex‐ tenſa. Admonuit vero prædictus frater thomas vt eã poſt veſperum ad oratorium beatæ mariæ Iacobi duceret plenam opem inibi. auxiliãte do mino percepturã. Cũq; poſt veſperum ſuper ſe innitẽtem eam ibi mater duxiſſet: duxit eã pre‐ nominatus frater ante al tare beatæ mariæ, & ibi in oratiõe proſtrata licet non ad plenũ tanem ſa na & ſine innixu alterius ad domum propriam re meauit. Sequenti vero die iterato rediit cum ma tre, & ſic perfecte ſanita te recepta deſolito recte ambulauit, & eſt locuta, & manibus muliebria o‐ puſcula operata laudans dominũ Ieſum Chriſtũ & eius materteram glo rioſam.

Mulier peſſimo dæmone vexata liberata reuertitur.

Quædam quoq; mulier nomine ſtephania cu‐ iuſdam nobilis Romani famula, dum ante hoſtiũ dom9 ſui domini inſero dormiret, excitata inuẽit ſe amplexatam, a quodã magno & nigerrimo ca‐ ne. Quæ valde perterri‐ ta, poſt diem tertium in‐ uenta eſt peſſimi dæmo nis baiula miſerãda. cũq; ꝓ hac dominus eius mul torum medicorum auxi lium expetiſſet, audiuit, a quodam quod ꝓ certo dæmon hãc poſſideret, & ſi ad beatam mariam

Iacobi nouiter verulis in uẽtam eam mitteret pro certo; ſciret, quia recipe ret eam ſanam. Hoc etiã dæmon p̱ hos mulieris clamabat, qđ maria Iaco bi nouiter ad inuenta eũ eẽt expulſurus. Quo au dito dominus eius ligatã eam velut taurum funi culis quatuor hominibꝰ fecit Verulas deportari. Cunq; verulas ad veniſ- ſent ad oratorium beatæ mariæ Iacobi comite ſibi alia muliere p̱ ſemetipsã adiit, nam per viam ẽ ſibi ſenſus aliquãtulum reſti tutus. Sed cum inibi mo rata fuiſſet nullã cogita tionem protulit inimici. Triduo vero expleto re diuiuus eam arripuit ini micus & fortiter coram fratre thoma, ac multo populo aſtãte vexare ce pit. Cũq; prædictus fra- ter thomas vidiſſet, ni- mio dolore commotus intus ad altare fecit eam trahi ac dæmoni, in no mine dei & beatæ mariæ iacobi vt eã relinqueret, imperauit. Cũq; nec ſic maledictus dæmon dile ctum ſibi vas relinquere vellet, accepta capſa, in qua reliquiæ beatæ ma riæ Iacobi adhuc ſerua bantur ſuper eam ſtetit, & capſam ipſam ſuper caput miſere mulieris po ſuit: & fiducialiter in no mine dñi & beatæ mariæ iacobi, vt abiret, demoni imperauit. Qui tandem nimium vociferans, & mi ſeram mulierẽ diſcerpẽs, fœdo vomitu, vt dignus erat ille fædiſſimus, eſt emiſſus. Et ſic illa mulier ad propria cum gaudio remeauit laudans domi- nũ et benedicens & bea tæ mariæ Iacobi merita glorioſa.

Mulier ſorana vexata multiplici dæmone perfectam obtinuit ſanitatem.

Illud etiam dignũ memoria non eſt ſilentio ſubprimendum, quod dñs meritis beatæ mariæ iacobi in quadam mulieř ſorana maria nomine dignatus eſt operari, ſed tãto venerabilius, quãto excelsius extitit & profundius. Nam dum ꝑdicta mulieř multiplici dæmone repleretur, & pro hoc multorum ſanctorum limina viſitaret, quamuis aliquam alleuiationem peſſimi oneris, quorundam ſanctorum meritis percepiſſet, tamẽ omnes perfectam ſanitatem ſibi reddendam meritis beatæ mariæ Iacobi ſeruauerunt. Nam reuelata apud Verulas beata maria ad eam a ſuis ciuibus eſt portata: & ibi aliquantulũ moram faciẽs perfectam obtinuit ſanitatem ita, vt vexatoribus ſuis depulſis libera & ſanæ mentis decætero permaneret. Quæ nolens pro tanto beneficio eſſe ingrata, vſq; ad præſens in domo beatæ mariæ fratribus, qui inibi ſunt, quibuſcunq; poteſt ſeruitiis, nõ deſinit famulari.

Vir à lepra liberatus adit etiam ſanctum Iacobum.

ETIAM fideliter ẽ annectendum quod quidã de apulia petrus nomine dum infectione lepræ fędus omnibus appareret, verulas aduenit, ibiq; aliquãto tempore commoratus ꝑfectam obtinuit ſanitatem. Sanatus vero a matre filii voluit limina viſitare, & ſic cum qui-

buſdam cōpatriotiſ ſuis ad ſancti Iacobi limina properauit.

Epiſcopus Aſculanus habens in labro farſum morbũ ſœdiſſimũ & incurabilem liberatur.

PRAETEREA venerabilis mathæus aſculanus Epiſcopus,dum ſibi in labro inferiori, vt putabat infirmitatem, quæ celſus vocatur, oriri perſenſiſſet, conſuluit medicos: ſed ſecus, quam putauerat, ſuã infirmitatem cognouit. Nam proceſſo, quem putauerat, farſum inuenit : quod quanto dirius & fędius habetur in corpore patientis,tãto ſibi timorem maiorē indidit & pauorem. Nam dicebant medici nõ poſſe aliter percipere ſanitatem,niſi labrum ſibi permitteret detrũcari. Cũq; venerãdus Epiſcopus & dolorem metueret inciſionis & fęditatem labii detruncati, cõuenſus ad ſummum medicum vouit ſe deo & beatæ marię Iacobi pollicendo qđ ſi ſibi redderet ſanitatē, locum inuentionis eius verulis deuotiſſime viſitaret, & de cetero firmiter crederet,quod ipſa eſſet, quę nuper verulis fuerat (vt ab omni populo creditur) ad inuenta. facto vero voto vires cępit illa feda infirmitas amittere virulentas, & ſic vlcere, illo peſſimo exiccato epiſcopus perfecte redditus eſt ſanitati. Sanus vero ſui voti compos verulas venit: & ibi miſſarum ſolemniis deuote celebratis ad propria cum gaudio remeauit.

Puer cācere vlceratus priſtinæ ſanitati redditur.

HOC exiſtimo reticēdū, quod, a matre paſſi pueri audiuimus. Dum adhuc quidem beatæ mariæ reliquiæ, quamuis reuelatæ tantum, nō eſſent inuente: quidam puerulus cuiuſdā nobilis verulani nomine ſtephani in arteria dextera cāceris vlcere eſt percuſſus: quo vorāte nimis eſt vulneratus. Quo viſo parētes nimio terrore perterriti conſulunt peritos huiuſmodi artis, certificantur de fædi vlceris notione. Tandem fiduciam gerētes in B. maria iacobi, & adeūtes locū quo iam reliqæ reperte erant materq; locum inuentionis adiens puluerēq; pleno pugillo colligēs faciem pueri ipſo puluere fricauit, & ſtatim detumuit indeq; reſupinato puero intus in loco vulneris ex ipo puluere poſuit & ſtatim eū, vt requieſceret, collocauit. Quo euigilato, mater in os eius aſpiciens, ſanam arteriā omni modo inuenit ita, vt quæ fuerat vulnerata diſcernere vix valeret.

Ab apoſtemate incurabili diſperato medicorum & incantatorum auxilio mulier liberatur.

IOHANNES quoq; de ſancto laurentio ſupercocus domini Papæ Innocentii cum veniſſet cū domino petro de ſaxo preſbitero cardinali & rectore Campaniȩ. Verulas, Romanæ Eccleſiæ quædam inibi tractaturi, adeuntes Eccleſiam beatæ mariæ Iacobi religas beatæ mariæ humiliter

adorauit, vxoris autem
iohannis bona nomine
rome morātis in ſiniſtra
manu natum extitit a po
ſtema quæ fruſtrato: om
nium medicorū & incan
tatorū auxilio eam ſine
intermiſſione dolore ni=
mio affligebat. Cum aūt
ad aures ipſius bonę iam
fama inuentionis beatæ
mariæ Iacobi & miracu=
lorum, quæ faciebat per
ueniſſet, votū vouit pre=
dictæ dominæ beatę ma
riæ iacobi, rogās & ob=
ſecrans vt ei miſericordi
ter ſuccurrerē dignaretur
Cum vero noctu ſe falſo
licet ſopori dediſſet vide
batur ſibi in uiſu qđ ante
quandā eccleſiam duce=
retur, vbi beata maria ia=
cobi morabatur, ſub cu=
iuſdā vmbraculo ficus:
cui dictum eſt per quen=
dā: illa ē mater apoſto=
lorū iacobi & iohannis;
roga eā, vt ſanet tibi ma
num: predicta autem mu
lier flexis genibus & bra=
chiis cōplicatis cępit ip=
ſam deuotis ꝑcibus exo=
rare, vt ſui miſereri di=
gnaretur cuius manum
morbidam beata maria
ſuis manibus apprehen=
dens, & aliquantulū du=
cens dixit noli timere, ſa=
na eris ab infirmitate tua
cui mulier dixit: Quæ es
domina? & illa, ego ſum
maria mater apoſtolorū
iacobi & iohānis nuper
verulis reuelata, quam tu
multa prece ad tuum au
xilium inuocaſti. Quæ
ſtatim euigilans repperit
ſe ſanā omni tumore &
dolore penitus effugato
vocata autem ſua familia
& lumine adhibito oſtē=
dit ei in manu cicacitrem
tantummodo remanētē.
Quæ veniens poſtea cū
viro ſuo verulas, ad red=

dēdas grates domino noſtro Ieſu Chriſto, & eius matertere glorioſæ, antequam intraret in eccleſiam beatæ mariæ dixit. In hoc loco vidi ſedentē beatam mariam iacobi: in hoc loco manum tangentem recepi perditam ſanitatem.

Clericus dolore vētris maximo laborans nulla medela iuuante ſanitatem recipit inuocato auxilio Beatæ Mariæ Iacobi.

CLERICVS de nuptuno petrus nomine cum penè vſq; ad interitū dolore ventris nimium vexaretur, & multis medicaminum generibus adhibitis medelam nullam inueniř poſſet ad diuinū ſe contulit auxilium: & beatæ mariæ Iacobi deuote ſuffragium poſtulauit. Voto autē eidem facto ita eſt illico priſtinæ redditus ſanitati, ac ſi dolorem nullum perpeſſus vmquam fuiſſet. Qui veniens poſtea verulas, deo & beatæ mariæ iacobi gratias retulit, per quā ſalutem meruit recipere corporalem.

Anglica tanta infirmitate arrepta vt neq; pedes mouere poſſet ſine aliorum auxilio meritis B. mariæ Iacobi liberatur.

Neq; illud exiſtimo reticendū qđ alduina nomine quædā anglyca veniēs Romam tanta ſubito arrepta eſt infirmitate, vt manum & pedum officio deſtituta de loco ad locū ſine aliorum auxilio ſe mouere non præualeret. Tandē illi per ſex menſes & amplius prædictis infirmitatibus laboranti auditum

eſt, quod dominus me-ritis beatæ mariæ iacobi in pluribus infirmis veru lis operaret̃ ac votũ vo-uit deo & beatæ mariæ iacobi & verulas depor-tata ſana facta eſt ab in-firmitate ſua, per cuncta benedictus deus.

Puer repentina infirmitate op-preſſus deſperatus, á medicis auxilio beatæ Mariæ Iacobi li-beratur.

NEC hoc ſileatur, quod Iohãnes aliſanus tam re-pẽtina infirmitate oppreſ ſus ẽ, vt deſperatus, à me dicis p viginti dies quaſi mortuus iacuerit, & clau ſo ore ac dentibus obſe-ratis nullum cibum pote rat preguſtare. Cũq; iam ad exitũ propinquaret, & vitæ pręſenti certũ diẽ videretur indicere, mater eius, cuius cor nimia tri-ſtitia agebatur, aſtãtibus vniuerſis votũ vouit bea tæ mariæ Iacobi domini miſericordia cum fiducia expectando. Aurora ve ro diei ſequẽtis adueniẽ-te predictus iuuenis lo-cutus eſt matri & cæteris aſtantibus dicens. Ecce per gratiam dei & beatæ mariæ iacobi ſanus fa-ctus ſum date mihi aliqd mãducare. Et ſic parum-per pdictus iuuenis per-fecte ẽ redditus ſanitati. Pro cuius ſanitate mater eius diſcalciatis pedibus ab aliſis vſq; verulas ve-nit deo & beatæ mariæ iacobi iã grates redditu-ra deuotas.

Puer beneuentanus iam trimus impos & loquẽdi et ambulan-di loquelã & greſſum recepit.

CVIVSDAM quoq; be neuẽtani fili9 petrus no-

mine cum triũ eſſet an-
norum, nec loqui pote-
rat, nec aliquatenus am-
bulare. Audiens autem
pater eius beatæ mariæ
iacobi miracula glorioſa
que quotidie eius meritis
operabatur, votũ vouit
deo & beatæ mariæ iaco
bi. Quo facto protinus
negatam ſibi dudum lo-
quelã et greſſum prædi-
ctus puer meruit recipe-
re meritis beatæ mariæ
matris apoſtolorũ iaco-
bi & iohannis. Pro cuius
ſanitate pater illius & ma
ter vſq; verulas deporta-
runt gloriam deo beatæ
mariæ innumeras & in-
menſas gratias referẽtes.

*Mulier vexata dæmonæ meri-
tis B. Mariæ Iacobi liberatur.*

PISANA quædã no
mine & natiõe cũ pãnos
vellet lauare ſubito de-
mone (vt creditur) fe-
riente tota cadens in ter-
rã obriguit, & velut ari-
da facta ẽ vir autem eius,
cum vxoris infirmitati ni
miũ condoleret, & mul-
torum auxiliũ quereret
nec vllorũ poſſet admi-
niculo adiuuari, audita
fama reuelationis beatæ
mariæ iacobi, votum de-
uouit & eidem pro ſua
obtulit ſe muliere. Quo
facto mulier leui ſopore
arripitur ita qđ nec ple-
ne eſſet dormiens, nec
aperte vigilaret. Et ecce
apparuit ei beata maria
iacobi & dixit piſana
exaudita ẽ oratio tua, &
apprẽſa manu eius leua-
uit eam: & ſtatim ſana fa-
cta eſt. Quæ ſanata adiit
eccleſiã lateranenſem &
priori ac canonicis atq;
multis aliis, quæ ſibi eue-
nerãt patefecit. Multi qui
dem hæc audientes pul-

ſatis campanis & candelis ac luminaribus incēſis deo & beatæ Mariæ Iacobi cum ſupradicto priore & canonicis laudes & gratias reddidere. Illa vero piſana poſtea venit verulas & ibi corā cunctis omnia roſerādo gratias innumeras deo egit.

Niger fumus & fetidus viſus exire de ore mulieris, quæ liberata ē á vexatione dæmonis.

ITEM alia mulier de apulia iaquinta nomine, cum lōgo tempore fuiſſet, à dæmonio vexata, verulas acceſſit, & ibi orationibus fidelibus ꝑ ea factis multis videntibus fumus niger & fetidus viſus eſt ex ipſius ore exire coram altare beatæ Mariæ iacobi, & ſic perfecte extitit liberata.

Vir diſenteria laborās amiſſaq; loquela á medicis relictus liberatur meritis beatæ mariæ iacobi.

ILLVD quoq; arbitror referendum, quod nobilis vir Iohannes de ceccano, cum doloribus nimis angeretur, nec nō & diſinteria nimium laboraret, ex nimia debilitate oēm loquelam amiſit ita, quod, á medicis protinus deſperaretur. Et ab eis derelictus, ad medicum medicorum fecit confugium: & cū iam in extremis laborarī videretur (ꝑ vt potuit) vouit ſe deo & beatæ marię iacobi: & redeunte priſtinæ gaudio ſanitatis, mæror inualitudinis eſt penitus effugatus.

Mulier epilentica liberata hic deſcribitur.

MVLIER quoq; de ciuitate alatri altobonia nomine in tantũ epilentica erat p multa tempora fere qđ omni die ter vel quater cadens in terram manibus & pedibus palpitabat. Quæ cũ tradita eſſet in vxorẽ cuidã nobili verulano. Cũq; eius infirmitatem cognouiſſet remiſit eã in domũ paternam : illa autem nimio merore & pudore affecta .totam ſe vertit ad diuinum auxilium,& beatæ mariæ iacobi, orans & poſtulans vt ſui miſereri dignaretur. Tandẽ benigniſſime beata maria iacobi eius preces admittens ita eam priſtinæ reddidit ſanitati, vt in ea nullum ſignum infirmitatis remaneret. Sicq; per beatam mariã iacobi ſolatio viri ſui de cætero fit digna. quæ ab eo crudeli infirmitate arcente velut in digna & miſera pallebatur.

Miles vinculis ferreis ligatus ſoluitur à beata Maria Iacobi.

PRAETEREA q̃dam miles roffridus nomine dum apud quendã comitem de apulia in militari ſeruitio moraretur a reutonicis captus,& ferreis compedibus ẽ conſtrictus. Qui cũ diu cruciaretur, auditis miraculis nouiter operatis per beatam mariã iacobi eã vt ſui miſereretur cępit deuotiſſime deprecari. Cui dicta domina de nocte apparens, exolutũ á vinculis extraxit eum de carcer̃, & abire precepit. Qui ne ingratus de tanto bñficio appareret cũ ipſius cõpedibus ferreis verulas venit, & ibi deo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& beatæ mariæ iacobi gratias reddens ad propria cum gaudio remeauit.

Mulier toto corpore manca ſolius manu officio relicto liberatur.

ITEM mulier quedā cōiux cuiꝰ nomine octauianus de lāzano ita quatuor mēſibꝰ fuit in menſis doloribus agrauata, ſolo ſibi vnius manꝰ officio relicto, vt niſi auxilio & ope viri ſui, & familiariū non ſe valebat in partem alterā declinare fruſtrata omnium omni arte & ingenio medicorū. Tandē vouit ſe deo & beatæ mariæ iacobi veruliš nouiter ad inuente: et ſtatim ſanitatē pristinam eſt adepta: & ad ſaluatricis ſuæ memoriam cum gratiarū manipulis properauit.

Mulier quedā propter magnā infirmitatem amiſſam loquelam recuperat.

ALIA vero mulier de Sancto Blaſio prope caſtrum, quod dicitur ceruarum, rediens, à ſancto iacobo, cum deſideraſſet beatæ mariæ iacobi memoriā viſitare: & non potuiſſet, ſociis itineris non aſſentiētibus: venit ſarraciniſcum ibiq; ſubita valitudine preſſa, viaticū ſalutis feſtinanter, à presbitero poſtulauit Valitudine vero ingraueſcēte loquelam ammiſit: ſed cordis voce non eſt ſiquidē viduata: quia auxilium à beata maria iacobi deuotiſſime poſtulauit. Extēplo eius ſunt preces ad miſſæ: & ſibi eſt ſanitas impetrata tunc munera gratiarū medice ſuæ verulas deuotiſſime reportauit.

Sater=

Salernitanus ab infirmitate á medicis non cognita amiſſa etiã barba & capillis liberatur & barbatus et capillatus redditur.

CVIVSDAM quoq; ſalernitani nomine laurentii ita varia infirmitas apparebat, & vt dixerim peregrina quod nullo modo valebat á medicis iudicari. Subito aũt ita totũ caput eius feruebat, ac ſi olla feruẽs eſſet: ita ſubito frigeſcebat quaſi glacies in eo eẽt incluſa. Ex hac tam diuerſa commutatione pili barbe eum & capilli capitis dimiſerũt. Cũq; de ſalute ſua penitus deſperaret medicorũ adminiculo deſtitutꝰ ad diuinum auxiliũ vna cũ ſua coniuge ſe cõuertit. Cępit namq; beatæ marię iacobi auxilium inuocare: qđ ita perfecte meruit obtinere vt cũ priſtina ſanitate capillatus & barbatus veniret: poſtea verulas beatæ mariæ gratiarũ munera ſoluturus.

Mulier. 18. annis á dæmone poſſeſſa liberatur.

ITEM quædam mulier iaquinta nomine decem & octo ãnis acerrimo demonæ poſſeſſa veniens verulas, & amplexans altare beatæ marię ſtatim ſana effecta eſt.

Puer á trium dæmonum vexatione liberatus fuit.

Filius quoq; baiuli eſerinienſis dum in fluuio cũ coçuis ſuis ſe balueando arreptus á dæmone in terram procidens expumaret, & clauſis oculis velut mortuus iaceret deportatus eſt ad epiſcopatum ciuitatis, in quo qui-

dem quieſcere dicuntur ſanctorum corpora nicandri & marciani, vt eũ dominus eorum meritis liberaret. Cum aũt vellet illum in eccleſiã inferres cepit reſiſtere dicẽs, nec nicander vel martianus nec leonardus, qui ſatis pro hoc orant, me potuerunt eicere: ſed ſola maria iacobi verulis nouiter ad inuenta tandem violẽter in eccleſiam intromiſſo & epiſcopo cũ clericis letaniis & orationibꝰ & exorciſmis intendente, iterum puer verbum repetit ſupradictũ. Sicq̨ pater eius votũ vouit deo & beatæ mariæ iacobi poſt dormitionẽ ſanus puer gratia domini euigilauit. Dixerat puer ille qđ tres demones in eo eſſent quorum nomina fatebatur.

Inuocatione beatæ Mariæ Iacobi mercatores liberantur á latronum incurſu.

NEC hoc ẽ ſilendum, quod quatuor mercatores de caſtro, quod dicitur minianum, dum mercimonia ſua ferrent ad vendendũ, & per quendam locum, qui ſemper fere erat latronibus obſeſſus tranſirẽt, vnus eorum vidit á longe tres armatos in equis contra ſe concite properare. Quo ſociis nuntiato fugã retrogradam cũ aſinis arripuerunt, recõmendandoſe & ſua beatæ mariæ iacobi. Duriter vero latronibus eos inſequentibus proiecerunt onera aſinorum, & vix paruo ſpatio á latronibus euadere potuerũt. Subſiſtentes tandem, á latronibus iam vincti cęperũt ipſos

per beatam mariã iacobi adiurare, vt in perſonis eorum non offenderent á quibus mox quod audierũt, vt omnia ſua reciperent cum domini benedictione, qui neſcientes qua virtute nec minimam particulam eorũm ſubſtãtiæ cõtingere præualebant. Quod illi licet trepidi tamẽ leti imperiũ libentiſſime ad implerũt. Poſt paucum vero tempus venerũt verulas laudum munia beatæ mariç iacobi reddituri.

Beata Maria Iacobi quatuor uiros carceratos inuocãtes nomen ſuum eduxit de carcere.

Montem ſarculũ quoqȝ quatuor viris á teutonicis incaptione detentis & truncationem membrorũ timentibus, ac rogantibus beatam mariam iacobi, vt eos adiuuaret, apparuit in viſione, & conſolando eos, dixit. Nolite timere quia futuro vos ſabbato liberabo. Nocte vero promiſſi ſabbati veniente iterum appáruit eis beata maria iacobi, & eductos de carcere duxit eos nocte illa vſqȝ ad capuam: & ſic dimittẽs eos præcepit eis, vt irent verulas, gr̃as domino inibi redituri. Quod deuoté dante domino ad imple runt.

Amiſſum oculorum lumen á viro quodam recuperatur inuocato auxilio beatæ Mariæ Iacobi.

QVIDAM vero in ſancto angelo in todici, ita pariter vtriuſqȝ luminis amiſerat facultatem quod niſi claro aere parum videre poſſet. In nocte vero & aere nebule

penit9 nõ videbat. Quadam vero nocte cũ multis præcibus beatam mariam iacobi deprecatus fuiſſet, vt ſuis ſe meritis, adiuuaſſet,in viſione apparuit ei beatus nicãder, cuius feſtum annuè deuote colebat, dicens illi. Surge vade verulas ad beatam mariam iacobi, & ſanaberis. At ille non video quo pergam? Hęc autem viſio tertio facta ẽ Tertia aũt nocte poſt fãctam viſionem iter arripiens verulas, licet cũ labore maximo, properauit, & miſertus dominus illius fidei, & laborũ, meritis & interceſſionibus beatæ mariæ iacobi reddidit ei lumen ita, vt deꝯcætero ita claré videret ſicut vnquam in tempore tranſacto dans gratias deo & beatæ mariæ iacobi cũ orationibus & gratiarum actionibus.

Mulieri de inſulæ à dæmonibus percuſſæ apparuit beata Maria Iacobi & eam liberauit & filium quem in flumen ſubmergebant.

ITEM mulier quædã de caſtro, quod dicitur inſula; dum quadam die eẽt capta in loco vmbroſo à duobus iuuenibus, quos dæmões credebat, tam diu fuit ab illis verberata, quod vixiam ſufferre poſſet. Sed & filiũ eius auferentes minabant̃ illũ in flumine enecare. Cũq; illa in tanto dolore & timore poſita eſſet, quædã domina, apparuit ei eximiæ reuerentiæ, & faciei honeſte cõfortans eam; ne timeret, dicensq; ſe eẽ mariam iacobi verulis adinuentam. Cũq; de filio diceret, quod timeret ne

eum illi iniquiſſimi eneca rent audiuit quod & de filio timere nõ deberet, quem ſibi cito in columẽ reſtituendum ſciret, & ſe ad ſanitatem priſtinã re= uocaret. Sed vade dic ar chiꝑsbitero ex mea pte, vt ad laudem dei, & meo nomine faciãt proceſſio nem. Et vt hoc ei in du= bium non veniat quod vidiſti, nulli, niſi archi presbitero pandas dans ei ſignũ ſanitatis tuæ: qa ſtatim poſt allocutionẽ tuam tibi perfectiſſime rediit ſanitas. Quod ita factum eſt ad laudem do mini noſtri Ieſu Chri= ſti, & eius materteræ glo rioſæ.

Vir inſulanus vulnere immedi= cabili ſauciatus & hemigraneo ramuſculo obcecatus liberatus fuit fretus auxilio B. Mariæ Iacobi.

ILLVD etiam præte= rea non eſt ſilentii pedi= bus conculcandum, qđ quidã in ſignis vir de ca= ſtro inſulę denugatis pal ladis redimiculis venuſta tus, dum ſubiti doloris ſpiculis arcuato vulnere tribus mẽſibus ſauciatus, cum veluti amarę radicis malleoli virulenti totius eius corporis cõpaginẽ occupant oẽs artus prę= mortuos redderent, & hemigraneo dextrũ ocu lum ramuſculo obfuſcã= tes ſolitum ſibi iubar iam pene penitus denegaret: poſtpoſito omni incãta torum & medicorum ad miniculo diutius ſibi & multis ſumptibus exqſito nihil ſibi medelę penitꝰ co modãte, ad beatæ ma riæ iacobi pium antido tum ſe conuertit, illudqꝫ ſibi porigi deuotiſſimarũ præcum nummiſmatibꝰ

cæpit petere confidēter: Cũq; & doloribus fatigatus & præcibus roboratus nocturnas tenebras introiſſent, quidam preſbiter, á mundo ſubtractus ſibi olim, dum vitales carperet auras, ſtrictis amicitiæ vinculis copulatus, ei non iam per ſomnium, ſicut in ipſa debilitate fecerat, ſed patentiſſimé vigilanti apparuit: & pulſato eo hac ſalutatione prolata, dixit, qđ beata Maria iacobi pro ſe dominũ deprecata ſanitati deberet priſtinæ mox redire, & qđ dādo gratias ſedulo creatori de cętero veriſſimé credere deleret beatam Mariã iacobi verulis defunctam fuiſſe, quod hactenus credere noluerat, ad cuius reliquias adorãdas deberet citiſſime properare. At ille recolens eũ defunctum fore, cum ei quod defunctus eſſet, licet, trepidé intimaret: cũ indignatione maxima ſe magis viuere, qui in æterna vita viuebat, quam ille qui in hac mortali vita mortuus viuebat recedē do exclamauit: & viſio huiuſmodi diſparuit. Ille vero viſum putãdo ſe videre reuerſus ad ſe, expergifactus ſenſit ſe tandem iam ſanum factum, & ait. Nunc ſcio vere qa miſit dominus auxilium ſuum, & liberauit me, á tantis periculis & anguſtiis vniuerſis, caſtigans caſtigauit me, dominus, ſed beatæ mariæ iacobi pro me interuētibus meritis morti non tradidit me. Sic que iam ſanus factus verulas properauit redditurus gratias deo & beatæ mariæ iacobi quæ ſibi medicamina ſalutife-

ra, licet inviſibiliter pre-
pararat: & omnia ſibi ge
ſta ſeriatim domino ve-
rulano epiſcopo ſuiſq;
ſociis narrauit.

Mulier appula ſeptennali infirmitatem incurabili, & verulanus epiſcopus maxima febre et continua liberantur.

Neq; hoc exiſtimo reticẽdũ quedã mulier de apulia marocta nomine, tam peſſimam incidit in infirmitatem, quod non poterat ſtare, vel ſedere, nec aliquod corporale officiũ exercere: niſi ad inuento ſolatio aliorum. Cunq; ſeptem annis periculum huiuſmodi pateretur: & nullo poſſet medico adiuuari, ad celeſtem medicum verſa Beatæ Mariæ iacobi, cuius famã audierat glorioſam, cępit auxilium inuocare votum vouens, qd' ſi ſibi, redderet ſanitatem, à caſtro ceperan iuſq; verulas ad locũ videlicet inuentionis ſanctarum reliquiarũ geniculatim accederet: & votũ ſolueret repromiſſum. Adepta vero mulier ſanitatem tam perfecte quod nullũ ſignũ ibi preteritæ valitudinis remaneret voti ſui non inmemor cũ viro ſuo ſimili voto aſtricto itẽr arripuit: & venientes à ceperano flexis genib9 vt promiſerant vſq; ad caſtrum carpini ambulauerũt. Et quia laborem non poterant ſubſtinere quibuſdã etiam increpantibus pariter & ſuadẽtibus ne ſic procederẽt: cum adhuc longe diſtarent, à verulis pedibus vſq; ad locũ inuentionis beatæ marię vt prius rependo mani-

bus & genibus ambula runt. Redditis vero in lo co ipſo cũ lacrimis actio nibus gratiarũ domino Iohanni de palombaria venerãdo verulano epi- ſcopo ſe humiliter præ- ſentarunt: & in ſe patra- tum miraculũ plurimis aſtantibus per ordinẽ re citarũt. Quod reueren- dus epiſcopus audiens, iuſſit clerum & populũ conuocari & ſalutis mo nitis præmiſſis mirũ qđ á muliere audierat om- nibus aſtantibus declara uit ipſa muliere cũ viro ſuo hoc conſtantiſſime affirmãte. Verum ne in- firmis mentibus aliquid ſcrupuli ſupereſſet, præ dicti coniuges ambo co ram predicto epiſcopo & omni multitudine ſa cramento firmarunt, qđ omnia, quæ epiſcopus eis illis referentibus dixe- rat, eſſent vera. Epiſco- pus vero, qui vſq; tunc febre cõtinua & maxima fuerat valitudine graua tus, & virtute dei & bea te mariæ iacobi ex tẽplo pleniſſime ſanatus, vt in- gemino miraculo quaſi in gemina charitate, vna laus & gloria deo & bea tæ mariæ iacobi ſoluerẽ tur fidei calore accenſus vna cum clero & popu lo deuotiſſime ad locum prædictum accedẽtes te deum laudamus & Kirie eleiſon ſonoris & deuo tis vocibus de cantando gaudendo & exultando, & beatę mariæ iacobi de tam præclaro miraculo gratias referendo.

Puellæ quinquenni habenti ma num aridam á natiuitate ipſius manus ſanitas reſtituitur tactis reliquijs beatæ mariæ Iacobi.

ILLVD quocꝗ non ē prætereundum qđ quæ dā mulier de caſtro ſtrā-gula galli habens filiam quinquennem habentē manum aridam ab vtero ſuæ matris confidendo in deo & beatæ mariæ matris apoſtolorũ iaco-bi & iohannis auxilio ve nit verulas ad locum in-uentionis eiuſdem beatæ mariæ eam pro ſua filia precatura. Cunqꝫ eēt cir ca altare eccleſiæ ipſius dominæ, & flebilibus vo cibus deũ & eandem in-tētiſſime præcaretur, fra ter thomas, qui capſam cum ipſius beatæ mariæ in feſto inuentionis eius ſuper altare beatæ marię tenebat, populis adoran tibus vidēs miſerā puellā cõfiſus in domino & me ritis beatarum reliquiarũ apprehēdit manũ puel-le, & in capſam miſit reli quiarũ: & facto magno ſonitu ꝑ extenſione ner uorum ſanam & incolu men manũ puellula in-de traxit laudans eum cũ matre ſua dominum Ie-ſum Chriſtũ & eius ma terteram glorioſam.

Io: Martellus Verulanus Chri-ſti fidel. bene agere.

HIC impõitur finis mi racula beatæ Mariæ ma tris ſanctorum apoſtolo rũ Iacobi maioris & Io-hannis euangeliſtæ refe rendi, nam ſi ſingula & antiqua et nona ſcriberē tur, opus nimis in longũ et penė in infinitum pro traheretur innumerabi-lia .n. ſunt, et quæ olim in ciuitate Verulana, et quæ nuper, viſa, et quæ nunc videntur. Valete Chriſti fideles, et eiuſdē gratia ſemper ſit nobiſcũ

atqꝫ interceſſio beatę ma riæ Iacobi ad cæleſtem patriã vos perducat, vbi viuatis in ſecula ſeculorũ Amen.

INCIPIT OFFI*cium cum hiſtoria* Inuentio*nis* Beat*æ* Mari*æ matris apoſtolorum* Iohan*nis et* Iacobi Ad Veſ*peras vigi liæ* Antiphona.

MAria mater Iacobi Iohãnis et apoſto li te benignam omnibus præbe poſtulantibus. *Pſalmus*. Dixit dominus. A*ntiphona cum reliquis, & in fine*. Laudate dominum omnes gentes. A*ntiphona*. Andreas de ſibilią infe ctus lepra horrida per ſa lomæ filiã reſtauratur ad priſtina. Sae. A*ntiphona*. Quædam altruda nomi ne elephantiam patiens ipſius quocꝫ precibꝰ mũ dauit eam dñs. Sae. A*nti phona*. Margarita quædã nomine eundem morbũ ſuſtinẽs verulis obtinuit qđ per mariã petiit. Sae. A*ntiphona*. Quidã ſimeon nomine omni carens lu mine lucem recepit inte gram quam ſæpe poſtu lauerat. Sae. C*apitulum*. Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deũ ſaluatorẽ meum, confite bor nomini tuo quoniã adiutor et protector fa ctus es mihi et liberaſti corpus meum, à perditio ne deo gratias. H*ymnus*.

IESV ſaluator om niũ, et certa ſpes mor talium noſtra pellendo crina nunc ſuſcipe præ camina. Mariæ namqꝫ Ia cobi Iohannis et apoſto li nos adiuuari petimꝰ et ſubleuari precibus. Vn guento quocꝫ optimo,

quod detulit in vaſculo
præbe oramus domine,
vt nos perungat optime.
Vt hinc ſanētur vulnera
quæ cōtra tua munia in-
fixit mundus blundiens
virtutes in nos perimēs.
Præſta pater piiſſime fili
cum ſancto flamine, vt p
mariam cælitus donētur
quæ nos petimus. Amē.
Verſus. Ora p nobis bea
ta Maria Iacobi. *Reſponſo
rium.* Vt digni efficiamur
promiſſionibus Chriſti
Ad magnificat Antihona. Ma
riæ Salome merita illa
redducūtur tēpora cum
xp̄s ſola gratia lepra mū
dabat corpora, langor
et dæmonia ſanans pelle
bat omnia. *Pſalmus.* Ma-
gn̄. *Oratio.* Deus qui ad ſa
lutem fidelium tuorum
beatæ Mariæ matris apo
ſtolorum Iohannis et ia
cobi reliquias miſerando
reuelari iuſſiſti, tribue
quæſumus, vt oēs eius
implorātes auxiliū opta-
tum ipſa intercedente cō
ſequi mereātur effectum
per dominum. *Ad Magni-
ficat inuitatorium.* Sancta
maria mater iohannis et
iacobi intercedæ pro no
bis. *Pſalmus.* Venite exul.
Hymnus. Ieſu ſaluator. *In
primo nocturno Antiphona.*
Venite oēs populi, lau-
demus matrem iacobi,
quā reuelauit dominus,
vt ſit ſolamen omnibus.
Pſalmus. Domine dn̄s no-
ſter. *Antiphona.* Cuius ſa
cræ reliqæ in mundi hu
ius veſpere inuentæ ful-
gent verulis cum ſignis
et miraculis. *Pſalmus.* Cæ
li euar. *Antiphona.* Per pe
trum nam apoſtolum ſa
lutem ad credētium has
reuelauit dn̄s portentis
et virtutibus. *Pſalmus.* Do
mini eſt terra. *Verſus.* Spe
cie tua et pulchritudine

tua. *Reſponſorium.* Intende pſpere procede et reg.

Lectio. 1.

QVia Deus omnipotens magna ſua & & incomprӕhenſibili p uidentia conſpicit humanam materiã de iure terreno in terrenis quotidianis deflexibus & detrimentis ſedulis lubricari ac vitiorum canitie frigida veterari, ſtudet ſua benigniſſima pietate eã tpe oportuno poſt auream eloquentiam ſcripturarũ poſt patrum exempla, lucidiſſima beatorum, poſt demum, quod maius ẽ, ſe ipſum primogenitum mortuorum, quem poſuit exemplum perpetuę reſurrectiõis nouis vitӕ eternӕ iudiciis, ne defluat, cõfirmare ne lubricetur, piiſſime ſolidare, ac rediuiuis quodammodo futurorum gaudiorũ ſignis ne in peccatis deficiat, innouare quatenus tanto auidius ad id, vbi vita eſt perpetua conualeſcat & ad eam omni deſiderio, omniq; gaudio ſpirituali anhelet: quãto certius ac apertius cõſpicit illos, q iam in illa creduntur permanere viuis miraculis, manifeſtis reuelatiõibus viuere & cũ angelis ppetuis gaudiis p fruẽdo in cõſpectu agni ſtolis albiſſimis veſtitos p ſecula peremnia cõgaudent. Tu autem do. *Reſponſorium.* Saluator mundi dominus & certa ſpes credentibus per gallileӕ litora ſacra figẽs veſtigia, mariӕ vocat filios, quos ſtatuit apoſtolos. *Verſus.* At illi ſpretis retibus patre & rebus omnibus, ſe-

quuntur ſtatim dominũ, qui eſt creator omnium Mariæ.

Lectio. 2.

INde eſt quod nouis tunc temporibus ad noſtram inertiã excitandam, noſtram deſidiã deprimendam, & fidem credentiũ roborandam, dignatus dominus corpus beatæ mariæ matris apoſtolorum iohannis & iacobi in manu ſerui ſui fratris thomæ per multorũ annorũ curricula velut optimum theſaurum in Ciuitate Verulana abſconditum reuelare. Vt nos iam quantum poſſumus poſt ponentes omnia tẽporalia & caduca theſaurum talem omnibus deſyderiis ſpiritualibus capiamꝰ, & nummulariis illum noſtrorũ ſenſuum cõmedãtes cũ centuplicato lucro eum ad manum ſummi patris familias reportemus. Euge ſerue bõe fideliter audituri, & poteſtatem ſupra decem ciuitates certisſime accepturi. Tu aũt. d.

Reſponſorium. His auditis tunc Maria prædictorũ mater pia pætabunda feſtinauit, ſeq; totam mancipauit in dei ſeruitio. *Verſus.* Quæ ab eo non diſceſſit ſed in eius quem dilexit fide cõſtans extitit Lætabunda.

Lectio. 3.

HAEC eſt nãq; Maria ſoror virginis genitricis, matertera ſaluatoris, Annæ filia tertia nata de Salome tertio viro, vxor Zebedei, Mater apoſtolorum iacob & Iohannis. Sed nõ ar-

bitror refendum, quod de hac tam præclara ge-nealogia annæ videlicet & virorum eius filiarum generorũ, ac nepotum in veridicis chronicis & hiſtoriis inuenitur. Refe-runt autem ꝙ Anna & Emeria ſorores fuerunt. De emeria nata ẽ mater Iohannis baptiſtę Eliſa-beth vxor Zaccharię. Anna vero ioachim du-xit vxorem, de quo nata ẽ beata virgo Maria ma-ter Chriſti. Mortuo aũt ioachim Anna duxit ſe-cundum maritũ nomine Cleopam & ex eo ge-nuit alterã Mariam, quæ dr̃ Maria cleopæ. Iſtius cleopæ fratri Ioſeph no-mine electiõe Sancti Spi-ritus, & officio pontificis tunc tempore illo præſi-dentis Sancta Maria ma-ter domini priuigna di-cti cleopæ data eſt vxor, ſicut in hiſtoria veridica de natiuitate eiuſdem ſa-cræ matris & virginis in-uenitur: dictus aũt cleo-pas deſponſauit alteram Mariam filiam ſuam cui-dam nomine Alphæo: de qua orti ſunt Iacobus minor, qui dicitur Iaco-bus alphæi á patre, & Io-ſeph, & Simon, & Iudas qui dr̃ & Tadæus. Mor-tuo igitur cleopa. Anna tertium maritũ ſumpſit nomine ſalome, de quo genuit tertiam. Tu aũt. *Reſponſorium.* Spõſa Chri-ſti tu Maria cuncta cer-nẽs in hac via. Sola Chri-ſti adhæſiſti, ꝑ quem do-mum meruiſti in æterna patria. *Verſus*. Eſto pia interuentrix apud Chri-ſtum tuæ gẽtis, ſoluat vt piacula. Sol. *In ſecundo nocturno. Antiphona.* Inuẽ-tis tunc reliquiis ingens odor proſiliit, terremo-

tus maximus ingeſſit mo tum omnibus. *Pſalmus.* Erutc. *Antiphona.* Quarto die reliquiæ præfuſo nouo ſanguine cernuntur a, fidelibus pōtificum in manibus. *Pſalmus.* Dominus noſter. *Antiphona.* Ad hoc quidem miraculum turba miratur nimium, qa de nudis oſſibus maʒnauit ſanguis profluus. *Pſalmus.* Magnus. *Verſus.* Adiuuabit eā deus vultu ſuo. *Reſponſorium.* Deus in medio eius.

Lectio. 4,

IGitur anno dñicæ inʒcarnationis. M. CC. nono Pōtificatus Innoʒcētii Papæ Anno duoʒdecimo præſidēte in Ciʒuitate Verulana Domiʒno Odone Epo venerādo anno Epiſcopatus vigeſimo fuit quidā bonæ in dolis adoleſcens Thomas nomine in prædicta vrbe, qui ab ipſius infantiæ ſuæ primordiis totū ſe deo ſtuduit mācipare, Eccleſiam quandam in honorē beati Petri apoſtoli dedicatam frequenʒtans, & in ea quibus poʒterat ſtudiis, & quomoʒdo poterat, ſtudebat ſpiritualiter inſeruire, & ferė diebus & noctibus cupiebat in ea ſedulo pmanere. Huic autem talibus exercitiis inſiſtēti verbū, qđ olim factū fuit puero ſamueli quotidianis excubiis in tēplo domini cōʒmoranti, cum ſe quieti debitæ prebuiſſet p apoſtolorum principem cōʒſtat eſſe factum. In quā quidem reuelatione ſanctus Apoſtolus dixit ei, vt diceret Epiſcopo atq; plæbi, quod dominus reuelabit ei corpus B. Ma

riæ matris Apoſtolorũ Iacobi,& Iohannis: quæ cum viginti quatuor ſo- ciis in iſtam venerat ciui tatem. Quod vtiq; cum præſuli & populo retu liſſet deũ omnipotentem glorificare cęperunt ip- ſum in ſãctis ſuis laudan tes & bñdicentes. Tu aũt dñe. *Reſponſorium.* Soror matris Ieſu Chr̃i cæleps facta tu dixiſti, ſtirps vt tua confederet Chriſto deo & teneret locum in celeſtibus. *Verſus.* Quod petiiſti, nunc Maria, tua tenet proles pia, Iohan- nes & iacobus Stirps.

Lectio. 5.

EX tũc autem omnis populus vtriuſq; ſe- xus preces cũ lachrimis aſſiduas domino profun debat, vt iam pretioſum theſaurum oſtendere be nigniſſime dignaret. Et cępit aũt omnis populus expectatione reuelatio- nis beatæ Marię magno deſiderio anhelare. Ta libus igitur ſtudiis popu lo in morante iterum ap paruit p̃fato thome bea- tus petrus dicens ei. Va de & dic epiſcopo q̃ reli quiæ beatæ Marię iaco- bi ſunt in ciuitate iſta ſe- pultæ: qđ digito oſtẽdit ei locum, inhibẽs tamen ne locum alicui deſigna ret, donet ipſe daret ite- rum in mandatis. Quod vtiq; cum thomas Ep̃o retuliſſet, mãdauit ei epi ſcopus, vt vigiliis & ora tionibus aſſidue vacaret, quatenus tam pretioſam margaritam dominus p̱ apoſtolum ſuum petrũ dignaretur fidelibus ſuis citius reuelare. Vniuerſa poſt hæc Ciuitas Veru lana hiis auditis cępit ve

nerari

nerari locum vbi corpus beatæ Mariæ quieſcebat non illa certitudine ſed ſola diuina gr̄a operāte cum deuotione maxima frequētare. Infantes aūt nondum plené loquentes ducebant matres ſuas vſq; ad locum ſanctum, vbi nunquam antea fuerant, & ibi prius genua flectebant vbi beatæ Mariæ reliquiæ poſtmodū ſunt inuentę & dicebant matribus (pro vt poterant) licet balbutientes licet ſemiuerbis hic, hic genua flectite hic adorate. Tu autem. *Reſponſorium*. Vna valde ſabatorū vās vnguenti vnguentorum in ſepulcrum cōtuliſti in quo veré tu vidi ſti reſplendentem angelum. *Verſus*. Te pauentē vir hortatur, timor abſit & affatur, iam ſurrexit dominus. In ſe.

Lectio. 6.

INter hæc populus de inuentione dictæ ſanctæ valde ſollicitus cęperunt omnes a predicto thoma ſuppliciter quærere, vt locū certum vbi ſanctę reliquie manerēt, ſibi deſiderantibus indicaret. Cunq; ille pro inhibitione apoſtoli ſe neſcire illum certū omnib9 reſponderet, exiſtimantes oēs ꝙ ſecus res agere tur cęperunt minis & terroribus exterrere, tormēta multimoda ſuppliciorum genera promittere, niſi cito quod petebant veriſſime demonſtraret. Quadā die dū in eccleſia coram altare beati petri dormiret, excitauit eum beàtus apoſtolus, et duxit eum ꝑ portam maiorem. vbi Apoſtolus ciuitatis de conſuetudine

congregatur. Ita ꝙ qdã interrogarent eum, vbi ſolus iret p pluuias inũdãtes, imputãteſqꝫ illud inſaniæ: quod ille ductu apoſtolico faciebat. Sicqꝫ tam diu p pluuias ſine pluuia ambulauit, quouſqꝫ peruenit ad locum, quo beatæ mariæ reliquiæ latitabant. Tu autem. *Reſponſorium.* Tu Maria reſpexiſti regem Chriſtum, vt vidiſti, cito pedes tenuiſti tota p̄namente bona, nuntians hoc fratrib9. *Verſus.* Quo audito ſubleuantes manus pedes Chriſto dãtes gaudent con diſcipuli. Cito. *In tertio nocturno. Antiphona.* Beatam in quam reſonet noſter chorus et intonet, quam Chriſtus ſola gratia declarauit in ſæculo. *Pſalmus.* Cant. 1. *Antiphona.* Ad hoc quidẽ miraculum concurſus fit fidelium, languores, & dæmonia fugat ſalomæ filia. *Pſalmus.* Dñs reg. *Antiphona.* Rogamus oẽs dñm, creatorẽqꝫ omniũ, vt p mariã cęlit9 chariſſima donet ſpiritus. *Pſalmus.* Cant. ii. *Verſus.* Elegit eã deus & præelegit eam. *Reſponſorium.* In tabernaculo ſuo habitare facit eam. *Lectio ſancti Euãgelij ſecundum Mattheum Lectio. 5. Euang. ſecundum Mat.*

IN illo tempore acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis adorãs & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Omelia Sãcti Iohannis os aurei

Lectio. 7.

ACceſſit ad Ieſũ mr̃ filiorum Zebedæi hæc eſt Salome, cuius apud alterum euangeliſtam põitur nomen. Ve

ex Marco Euangeliſta, q manifeſte ipſos exponit fratres acceſſiſſe ad Ieſũ, & hęc eadem poſtulaſſe, intelligeř poſſum9, quoniam à filiis ſuis erat ſubmiſſa, ſed etiã ex preſentibus Chriſti ſermonib9 quibus non quaſi ad mulierẽ ipſam ſe petentem, ſed quaſi ad filios ſubmittentes reſpondit. Neſcitis quid petatis. Exiſtimo, ꝙ hi fratres cum audiſſent dominum de paſſione et reſurrectione ſua prophetantem, cęperunt dicere intra ſe, cum eſſent fideles: & ecce rex cęleſtis deſcendet ad regna tartarea, vt regem quidẽ mortis deſtruat: ip̃am autem mortem diuinitatis ſuę potentia calcet: & ſic vinculo tenebrorum ſoluto captiuas animas ad ſua regna redducat. Nec innumerabilis malitia dę re pacifica, quæ filios genuit pacis. Non ſolũ aũt monum reſiſtere poterit contra eum. Tu autem dñe. *Reſponſorium.* Gaudę pia, quæ tenendo pedes Chriſti reſurgendo, meruiſti ſic tenere, vt vidiſſe Chriſtum vere nũtiares fratrib9. *Verſus.* Ad quos ſancta tu dixiſti viuere ꝑ ſecula. Meruiſti.

Lectio. 8.

IN quem enim corpore cõſtitutum fremuerunt gentes, quid nobis & tibi Ieſus fili dauid, filĩ dei excelſi? veniſti ante tẽpus torquere nos, quo nudam ipſam diuinitatẽ contra ſe deſcendentem poterũt ſubſtinere, ecce poſt tres dies mortis ſuæ reuerteť ab inferis quaſi victor de bello Nam cũ victoria fuerit conſumata quid aliud reſtat, niſi, vt regni gloria ſubſequa,

tur? Ergo q̄d faciemus fratres? quomodo poſſumus regni illius eſſe participes? Scimus, q̄a mundus non eſt. Qui.n. ſe ipſum donauit hominibus, quomodo regni ſui ſocietatem nodabit? Potentis negligentia reprehenditur, ſi de miſericordia nō dubitatſ. Tu autem do. *Reſponſorium.* Gaude ſalue tu Maria ſalome cum prole pia, nos in regno tibi ſortes receptiſti tu conſortes fac per dei filiū. *Verſus.* Hoc præcamur te benigna, roga deū prece digna, nobis det vt veniam nos.

Lectio. 9.

SI nos rogamus magiſtrum forſitam cæterorū fratrum corda cōcutiemus, & dum nobis duobus prouiderſ volumus inter nos ſcādalum excitamus. Nā, & ſi ſancti ſunt, tn̄ homines ſunt & ſi vicinia carne nō poſſunt quaſi iā ſpirituales percuti, poſſunt, quia adhuc carnales. Vt quid ergo vel leues occaſiōes demus, quibus improba carnis natura trāquillas eorū animas inquietet? Submittamus ergo matrem noſtram, vt ſuo nomine deprecetur pro nobis, & fiunt duo bona. Si vero res illa reprehenſibilis inuenta fuerit facile meretur veniam, quaſi mulier. Ipſe enim ſexus excuſat errorē. Si autem fuerit importuna, facilius impetrabit mater cū filiis rogans. Ipſe.n.dn̄s, qui maternos animos filiorum miſeratione impleuit, facilius exaudiet maternum affectum. Magna laus mulieris ex hoc

loco colligitur, primum qa non ſolum illi relique runt patrem, ſed & ipſa reliquerat virum ſuũ & ſecuta fuerat Chriſtum. Et illi oſtenderunt, quoniam filii erãt huiuſmodi matris. Et ipſa oſtendit quia mater erat talium filiorum. Tu autem. Te deum. *Ad laudes & per horas Antiphona*. Maria mater Iacobi. *Vt ſupra in veſperis. Pſalmus*. Dñs reg. *Capitulum*. Confitebor tibi do. rex. Hymnus.

LVX ecce ſurgit aurea, maria Chriſti nuntia, quã veneramur hodie melos canẽtes gloriæ. Eſt enim illa domina quam ſtirps decorat regia, iohannes ſunt & iacobus, quos aduocauit dominus. Quæ ſic cum ſuis filiis ſacris hæſit veſtigiis, vt rebus ſpretis omnibus, hærerẽt Chriſto penitus. Dum hæc audiuit dominum dicentem ſuum tranſitum, pro ſuis ſanctis filiis regnum celeſte petiit. Hii duo ſunt apoſtoli q̃ deo dilectiſſimi iam nunc tenẽtes gloriam, vt mater poſtulauerat. Mariam ergo pariter præcemur oẽs iugiter, vt nobis Xp̃s veniã per eam det & gloriam. *Verſus*. Diffuſa ẽ g. in. l. t. *Reſponſorium*. Propterea benedixit t. d. in. æt. *Ad benedictus Antiphona*. O beata Maria apoſtolorum mater pia, deum ꝓ tuo populo cum Iohãne & Iacobo deprecare aſſidue, vt nos purget à crimine. *Pſal*. Bñd. d. *Oratio*. Dñs qui ad ſalutem fi. *Ad. iij. Cap*. Confitebor tibi dñe rex. *Reſponſorium*. Specie tua & pulchritudine tua *Verſus*. Intende proſpere ꝓcede & regna. *Verſus*.

Adiuuabit eā deus vultu ſuo. *Reſpōſorium*. Deus in medio eius non cōmouebitur. *Ad.6.cap.* Liberaſti me ſecundum multitudidem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentiū animā meam, & de multis tribulationibus, quæ circundederunt me. *Reſponſoriū*. Adiuuabit eā deus vultu ſuo. *Verſus*: Deus in medio eius non cōmouebitur. *Verſus*. Elegit eā deus & p̄. *Ad.ix. cap.* Laudabit vſq; ad mortem anima mea dn̄m quoniā eruis ſubſtinentes te & liberas eos de manu anguſtiæ domin9 de9 noſter. *Reſponſorium*. Elegit eam. *Verſus*. Diffuſa eſt gratia. *Ad veſperas Antiphona*. Maria mater Iacobi. *Cum reliquis de virg. Ad Mag. Anti.* Glorioſa tu maria ſaluma cum prole pia nos cōmenda ſaluatori, vt in regno ſūmi poli choæredes faciat. *Pſalmus*. Magnificat. *Oratio*. Deus qui ad ſalutem fidelium. *Alias Oratio*. Concede queſumus omnipotens deus, vt interceſſio beatæ Mariæ Iacobi nos vbiq; protegat, atq; defendat, & quod á te fragilitatis noſtrę defectus obtinerē nō poteſt, ipſa interueniēte tua nobis pietate donetē. Per dominū. *Alias oratio*. Beatæ mariæ matris apoſtolorum iohannis & iacobi queſumus domine precibus adiuuemur, & eius pia interceſſio gratia tua nos faciat dignos, & cæleſtis regni participes. Per dominum. *Sec.* Hoſtiam, quam in honore Beatę Marię matris apoſtolorum Iohānis & Iacobi tuæ offerimus maie

ſtati, tu deus ſanctifica, et nos famulos tuos eius participatione conſtitue dignos. Poſt. *Com*. Oblata tibi munera queſum9 dñe ab omni nos mundent labe peccati & Beatæ mariæ matris apoſtolorum iohannis & iacobi interceſſione vitã nobis impetrent ſempiternam Per. *Finis*.

Miſſa in honorẽ Beatæ Mariæ matris apoſtolorum Iohannis & Iacobi. Intro.

GAudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes, ſub honore beatæ Mariæ Iacobi, de cuius commemoratione gaudent angeli & collaudant filium dei.

Pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonũ dico ego opera mea regi. *Verſus*. Gloria. *Oratio*. Cõcede queſumus omnipotens deus, vt interceſſio Beatæ Mariꝯ iacobi, nos vbiqꝫ protegat, atqꝫ defendat, quod, á te fragilitatis noſtrꝯ defectus obtinere nõ poteſt, ipſa interueniẽte tua nobis pietate donet Per. *Alia Oratio in inuentione*. Beatæ Mariæ matris Iohãnis & iacobi queſumus domine precibus & meritis adiuuemur, & eius pia interceſſio gratia tua: nos faciat dignos & cęleſtis regni participes. Per. *Alia*. Deus qui ad ſalutem fidelium tuorum beatæ Mariæ matris apoſtolorum Iohannis & iacobi, reliquias miſerãdo reuelari iuſſiſti, tribue quæſumus vt omnes eius implorantes auxiliũ optatum ipſa intercedẽte conſeq mereatur effectũ. Per. *Lectio libri ſapientiæ*. Dominꝯ

deus me9 exaltaſti ſuper terram habitationē meã & ꝓ morte defluenti deprecata ſum. Inuocaui dominum patrē domini mei,vt non relinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue, & collaudabo illud in cõfeſſiõe,& exaudita ē oratio mea. Liberaſti me de perditiõe, & eripuiſti me de tempore iniquo: propea cõfitebor,& laudem dicam nomini tuo de deus noſter. G. *Reſpõſorium*. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatē: ꝓpterea unxit te deus tuus oleo lætitie præconſortibus tuis. Alľa. Diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis,ꝓpterea benedixit te deus in æternum. Alľa. Tract. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã, quoniã concupiuit rex ſpeciem tuam. *Verſus*. Vultũ tuũ deprecabuntur oẽs diuites plæbis filiæ regum in honore tuo. *Verſus*. Adducētur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempoř Acceſſit ad Ieſum mr̃ filiorũ zebedei cũ filiis ſuis adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeãt hi duo filii mei vnus ad dexteram tuã & vnus ad ſiniſtram in regno tuo, Reſpondens aũt Ieſus dixit. Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei poſſumus. Ait illis calicem quidem meũ bibetis, ſedere autem ad dexteram meam & ſiniſtram, non eſt meũ dare

vobis, ſed quibus paratũ eſt, a patre meo. *Offertorium.* Filiæ regum in honore tuo: aſtitit regina, a dextris tuis inueſtitu deaurato circũdata variate.

Secreta Oratio.

Hoſtiam quam in honore beatæ Mariæ matris Apoſtolorum Iohannis & Iacobi tuæ offerimus maieſtati: tu deus ſanctifica & nos famulos tuos eius participatione conſtitue dignos. Per. *Cõmu.* Diffuſa ẽ gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternũ. *Oratio.* Oblata tibi munera quæ ſumus domine ab omni nos mundent labe peccati, & beatæ Mariæ matris apoſtolorum Iohannis & Iacobi interceſſione vitam nobis impetrẽt ſempiternam. Per.

LAELII ANGLICI IN DIuam Mariam Salomæ Carmen.

VIrginis aggredior Mariæ celebrare ſororem,
Cuius in hoc ſpirant condita membra ſolo.
Digna ſatis nequeò diuæ præſtare merenti
Officia, at ſumat qualiacunq; fero.
Enthea paulisper ſeccedite turba ſorores.
Mitteq; dulciſonam cynthie docte lyram.
Vos, quom tēpus erit, ſacris reuocabimus undis.
Quam canimus, faueat nunc dea ſola mihi.
Quæ dea ſit quæris? cuius ſanctiſſima cœlo
Progenies magno iuncta tonante micat.
Treis quondam fama eſt Annam peperiſſe puellas:
Vno dicuntur nomine turba triplex.
Huic zebedeus erat coniux: Alpheus & illi:
Tertia ſed nupſit uirgo pudica Ioſeph.
Hanc ſolo impleuit cœli clementia uerbo:
Et facta eſt ſalua uirginitate parens.
Magna dabat natus genitrici regna beatæ:
Tartara cui parent, cærula, terra, polus.
Ergo iter aſtrorum carpens Salomeia proles

Attingit ſuperum clara ſorore genus.
Ah quotiens ipſam dubitatam hac urbe locatam,
Quom mihi per placidos promere uiſa ſonos.
Italiam petij multo turbata dolore:
Quæræbam natum uiſere namq; meum.
Terruit hic poſtq̃; caluum per monſtra Neronem:
Pulſus & in Pathmi uenerat exul agros:
Huc iter arripui, ſic me mea fata trahebant:
Et mihi Sarcophagum terra petita dedit.
Hæc ne falſa putes, reſtant monumenta legenti,
In quibus eſt graia litera ſcripta manu.
Dixerat, Acceſſi, nec ſomnia uana fuere:
Et lecta eſt oculis litera græca meis.
Si mihi biſtonii uatis nunc ſpiritus eſſet,
Qui mouit cantu flumina, ſaxa, feras,
Aut ſi Smirnæi nobis ſacra muſa Poetæ:
Digna forent meritis munera noſtra tuis.
Nulla ſophoclæis apta eſt elegia cothurnis:
Nec iuga taurorum parua iuuenca trahit.
Felix ò felix tellus Verulana per æuum,
Cuius in hoc ſacro fœmina tanta manet.
Mater enim fuerat natis fœcunda duobus:
Ambo diſcipuli Chriſte fuere tibi.

Fortaſſe amborum quæ ſint ſua nomina neſcis,
Alter Iohãnes. Hic Iacobus erat,
Si ueteres fuluo ſtatuas poſuere metallo
Ornabantq; ſuos qualibet arte tholos:
Curtu non poſſes, quomodo ſis tam ſancta, tenere
Genere mea, quæ ſuperent templa uetuſta deum?
Afferat huc claras rupeis undoſa Lhariſtos
Et ueniat lybico ſecta columna uiro.
Eurotas uiridi marmor quoq; mittat ab unda:
Huc elephas niueum transferat Indus Ebur.
Aurea ſint penitus ſummi laquearia tecti:
Aris ſcintillet plurima gemma tuis.
Te potuit tabulis doctus depingere Apelles:
Tu quoq; Phydiaca uiuere digna manu.
Hæc Lyſippe tuo nituiſſet blanda metallo,
Ornaſſet cœlum uel Polyclete tuum.
Quo feror ah petulans? non hæc ſibi forte placerent,
Non amat immanes munera numen opes.
Aurea quid proſunt epheſi data templa dianæ?
Aut quid pellæi culta ſepulchra ducis?
Quid ne coloſus erat phœbi? quid corriget ammon?
Nullus palladio fit deus artifice.
Credo equidem melius coleris ſic paupere fano,

Quod ſi fulgeres marmore Praxitelis.
Huc licet auriferas hermus perferret arenas,
Affluat & flauo quod uehit amne Tagus:
Candida cœlicolæ tantum præcordia poſcunt:
Placant uel ſuperos thura ſabea Deos.
Non eſt parua tuæ uolitantis gloria famæ:
Te cœlum, Tellus, Pontus & aſtra colunt.
Es nota æois, ubi mergit: flumina ganges:
Et qua roranti Lucifer exit equo.
Mitto arabas, uerſis uel quidam terga ſagittis
Mitto & Erithræis oppida curua uadis.
Quom Solymis eſſem dudum peregrinus in oris,
Quo uictor quondam titus ab orbe redit:
Dixerat erranti mihi per loca ſancta ſacerdos,
Siſte gradus, pretium dat pia terra moræ.
Hic fouit ſalome flentem lachrimoſa ſororem,
Dum fixus clauis in Cruce Chriſtus erat.
Os quotiens noſtrum dulci dedit oſcula terræ:
Diximus ac fœlix tereq; quatereq; uale.
Illinc te nouit curuo contermina cancro
Tellus, qua putris ſolibus ardet ager.
Hinc te callaicus phœbi cubilia cernens
Inuocat, hinc Rhœnus, Gallus & inde canit.

Hinc meus, externo qui naſcitur orbe, Britannus.
Te celebrat, Regem quæſo tuere meum.
Salue gentis honos, ſalue matertera Chriſti,
Atria conſpicui digna tenere Poli.
Non tam pulchra micat iungens ſua cornua Phœbe:
Gnoſiacæ ſuperas gemmea ſerta comæ.
Cur iactas Io tantum tua dona mariti?
Nunc Helenam pudeat: cedat & ipſa uenus.
Vt ſolis roſeo fuſcantur ſydera curru:
Sic latet heſperidum te ueniente cohors.
Si repetam totis tua quæ miracula faſtis
Seruaret nullum pagina noſtra modum.
Tu populo præſtas ægro medicamina mentis:
Te Tagus, & Ganges; Antipodesq; colunt.

FINIS.

Romæ Apud Antoniũ Bladum Impreſſorem Cameralem.
Anno Domini. M. D. LIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NA